

**Constitutiones Novitiorum**  
Congregationis Sanct[issimi] Redemptoris  
et Ordo actionum pro anno eorum probationis

Introduzione

Il manoscritto n. B.2.2.5, (formato cm 15,5 x 9,5), che ora pubblichiamo, si conserva nella Biblioteca del Seminario Metropolitano di Varsavia. È composto di 188 pagine (1+174, numerate, + 13, non numerate). Il testo essenziale, (da pp. 1-174 e 177-179) venne scritto dal novizio Joseph Głogowski, polacco nato a Varsavia. Da altra mano furono scritti: l'inno a s. Paolo Apostolo e le preghiere prima e dopo i pasti. Joseph Głogowski, che era nel convento di S. Bennone nel 1804, non lasciò in seguito più traccia di sé. La trascrizione da lui realizzata, come è testimoniato dalle copie del *Ritus investiendi (...)* e del *Ritus pro oblatione* (msc. A.4.1.22 e B.4.2.27, nella stessa Biblioteca), fatte dagli altri novizi, si basò su un testo (o più testi) comune di riferimento. Il presente documento merita di essere pubblicato, perché è il più completo tra quelli conosciuti. Contiene costituzioni, regole di galateo, rito della vestizione e dell'oblazione, programma giornaliero, preghiere quotidiane e devozioni varie. Forse, tra i testi esistenti nella Congregazione alla fine del XVIII secolo, finora conosciuti, è il più completo. Molte norme e pratiche in esso contenute entrarono nell'edizione ufficiale, fatta nel 1856, dopo il capitolo generale del 1855. L'analisi testuale lascia pensare che autore o redattore ne sia stato s. Clemente stesso, maestro dei novizi fino al 1795. Tra i novizi di quel tempo ve ne furono di diverse nazionalità, il che appare nel documento (vedi la pagina 22 dell'originale: *Etsi sint patria a se diversi, diversa etiam natione, sint tamen charitate una anima, unum cor*).

Nel manoscritto, pieno di errori, non mancano le omissioni. Scopo della presente pubblicazione non è di fornire un'edizione critica, con il relativo apparato filologico, ma di presentare un testo completo, che possa promuovere studi più approfonditi. Sono state colmate parecchie lacune. Gli sbagli del copista sono di vario genere. Quelli ortografici sono stati corretti senza farne menzione, cosa che invece è stata fatta per quelli di maggiore rilievo. L'asterisco indica che la lettura proposta è solo probabile.

*Marian Brudzisz, CSSR*

//1//  
J.M.J.

## **Constitutiones Novitiorum**

### Congregationis Sanct[issimi] Redemptoris et Ordo actionum pro anno eorum probationis

#### **Proemium**

Magnum opus magni, laboris inditium est; magnus labor pares sibi quoque vires postulat. Oportet itaque vires colligere, oportet instrumentis stipari, ad quodque opus grande inchoandum.

//2// Et quis, amabo, opus majus illo esse dixerit, ad quod inchoandum, ad quod operandum, ad quod et perficiendum, divina, nos indignos, Providentia vocare dignabatur; quis, inquam, majus, quis sublimius, quis praestantius opus assignaverit, quam \*revarit illud Sequi Christum, operare salutem, lucrari coelo animas. Opus sane magnum, opus sublime, opus vere divinum; haud minori quoque virtute, pari doctrina, nec non et magno labore nititur. Quisquis igitur opus hocce aggredi desiderat, necesse est, ut has sibi virtutes lucretur, quae habilem, quae et fortem illum reddant muneri huic divino digne administrando.

#### **Caput Primum** Idea Novitiatus

1<sup>mo</sup>. Consideremus itaque prae caeteris, //3// quid nam sit Novitiatus, et quid nomine hujus intelligatur, et nullum sane meliorem conceptum illius reperiemus, quam si dicamus: Novitiatum esse scholam, in quo homo statum religiosum aggressurus, iis virtutibus imbuitur, quae ad quoddam perfectionis sanctitatisque culmen eum perducant. Hinc Novitiorum Congregationis Sanctissimi Redemptoris toto anno probationis studium maximum erit acquirendi virtutes, et ita sese in illis exercitandi, ut eis quasi innatae semper adhaereant. Magister eorundem solum modo huic, opera omni, incumbet, ut eos indefesse, tam theoretice, quam practice, in illis instruat, eos informet atque consolidet, ut ita instituto semper enascatur consolatio, velut in perpetuo vere continuo ad majorem Dei gloriam et ad ani- //4// marum salutem, videndi virtutes afflorere, et ut tandem vocationi suae satisfacturi digni operarii in Vineam Domini evadant.

2<sup>do</sup> Hac de causa necesse est, ut Novitii hujus instituti sibi vivaciter repraesentent virtutes et opera Iesu Christi, solius et unius Magistri nostri, quorum assidua consideratione, easdem sibi familiarissimas reddant, atque in se ipsis imprimant. Hunc sequantur, hunc imitentur, praesertim vero in perpetua collatione spiritus, seu continua animi intentione, in oratione, in humilitate, in obedientia et mortificatione.

3<sup>io</sup>. Sint praeterea diligentissimi hoc anno tyrocinii in observatione regulari et studeant ad apicem omne minutum Regulae Congregationis Sanctissimi Redemptoris ad //5/ implere, legesque sibi praescriptas exactissime observare. Immo necesse est, ut hanc speciali curae submittant; maxime, quum inde solum dependeat, quam fervorosi in reliquo vitae suae cursu futuri sint observatores Regularum, quas sponte a nemine coacti amplexi sunt, et quibus, solo amore Dei trahenti, sese subjecerunt. Inde nimirum dependet ut digna olim tanti ins[ti]tuti membra evadant.

### Caput Secundum

De affectu et propensione Novitiorum erga Vocationem et institutum.

1<sup>mo</sup>. Cum vocatio ad statum religiosum sit una de specialibus gratiis quas infinita bonitas, et misericordia Dei hominibus donare potest, et cum haec gratia praedictionis, qua nimirum //6// quosdam tantum vocat, tot alios in tot e[...]tialibus et undique ruinam molientibus, iisque funestissimis, circa animarum salutem, hujus aestuantis mundi periculis relinquendo, hinc caveant, ne hujus tanti doni coelestis, tamque ingentis gratiae Divinae, unquam obliviscantur, et hoc tanto magis, quanto altius vocati sunt, et quanto majoris ponderis status hujus obligatio coram Deo esse censetur, et hoc tanto magis, sunt enim vocati ad cooperandum Iesu Christo, Filio aeterni Patris dilecto, in quaerendo salutem animarum; sunt inquam vocati ad cooperandum in insigni illo Redemptoris opere; inde agnoscentes hoc tantum beneficium, illud complectantur, illud aestimant, et venerentur. Venerentur et hanc in //7// qua vivere vocati Congregationem, eamque omni affectu et amore prosequantur.

2<sup>do</sup>. Recordentur perinde gratiarum, quas a Deo receperunt, vocati nimirum ad huncce statum; recordentur quotidie gratiarum, quas Deo propterea reddere debent, et caveant ne diem praetermittant, qua ab altissimo etiam gratiam perseverantiae flagitent. In colloquiis familiaribus loquantur cum omni respectu et aestimatione de Instituto, hortetur unus alterum ad perseverantiam.

3<sup>io</sup>. Vivant fervorosi, et studeant maximopere evitare etiam minimos quosque defectus, quilibet parvi attamen vero ad perdendam vocationis gratiam, et juxta comunem theologorum opinionem, ad amittendam animae suae salutem, periculosissimi //8// semper fuerunt. Tanquam pestem fugiant, ne fiant fortasse de numero eorum, qui serviunt ad oculos; imo ut sint servi fideles, et ut se Deo placeant, maximam semper operam, maximum studium impendant. Hoc ajant, et in hoc solo esse<sup>1</sup> in omni occasione exercent, sive sint soli, sive cum aliis, sive in absentia, sive in praesentia Magistri.

4<sup>to</sup>. Reminiscantur saepius verborum, sibi cum veste Congregationis induti fuerunt, dictorum: *Obliviscere populum tuum et Domum Patris tui.*

---

<sup>1</sup> esse = sese

Ament, reveantur et diligant tanquam Matrem, in qua vivunt Congregationem; genuinam enim semper coram<sup>2</sup> Matrem se esse monstrabit, a quibus fidelium et obedientiam fi- //9// liorum obsequia recipiat. Illa in omnibus necessitatibus auxiliatrices manus eis porriget; illa eorum corpus alet; illa spiritum nutriet; ab illa omnia expectanda, ab illa omnia speranda habebunt, quae a vera quaque Matre requiruntur. Leges itaque suas, suas Regulas et constitutiones omni amore omnique affectu venerabuntur, ac erga omne minutum ejus summam aestimationem semper exhibebunt, et tanquam boni Filii in omnem voluntatem ejus sese resignabunt. Absit longe, et vel minimo quoque ei contradicere ausint. \*Atte in pectus suum quisque \*demittant accrementum et dilatationem suae Congregationis omni possibili modo elaborare, ideoque praesertim assiduas praeces ad Deum fundendo, neque omittant quantum, salva gloria Dei et bono proximi //10// fieri potuerit, ejus honorem et omnem aestimationem propagare.

5<sup>to</sup>. Casu quo quisquam Novitiorum abeat ex Congregatione, sive ob propria vitia, sive ob id, quia non potuerit suam vivendi rationem huic conformare, sive ob alias quascumque causas, maxime sibi religioni esse ducat, et sit cautus ne forte Congregationem apud alios obtrectit, ne causam illi tribuat honori et famae ejus detrahens, ad se ipsum excusandum.

### **Caput Tertium**

De Subjectione et obedientia erga Magistrum,  
et de charitate seu Sinceritate Conscientiae cum eodem.

1<sup>mo</sup>. Habeant Magistrum uti Superio- //11// rem et Patrem suum. Et quidem uti superiori suo ei profitebuntur omnem subjectionem et obedientiam, perinde ad omnem ejus nutum erunt promptissimi. Diligentissime prae omnibus in obedientiae virtute esse<sup>3</sup> exerceant necesse est; haec enim sola est ornamentum, haec sola est character hominis religiosi, et haec est illa, quae totae vitae cursu in religioso prae omnibus ducere<sup>4</sup> debeat; illa enim est via, qua de die in diem ad necessariam propriae voluntatis abnegationem pervenire possumus.

Nefanda imperfectionis nota, immo turpe vitium foret, si quis Novitiorum, seu tyronum Sanctissimi Redemptoris praesumpserit contradicere, aut contumaciter repugnare mandatis, et praeceptis Magistri etiamsi in minimis rebus, aut minus promptus esse ad exequendum id, quod cuique ab eodem //12// impositum fuerit. Sint certi, quanto magis propriae voluntati renunciaturi sunt, tanto firmiorem, tanto solidiorem spem assequuntur, ad summam perfectionem perveniendi.

---

<sup>2</sup> coram = eorum

<sup>3</sup> sese

<sup>4</sup> lucere

2<sup>do</sup>. Cum humilitate excipiant ejus admonitiones. Si fuerint correcti non solum correctiones in malam partem non interpretentur sed nequidem se excusent; immo cum summissione humi procumbentes animo quieto eum monentem auscultent. Hoc enim humilitatis verae indicium est. Cogitent per os Magistri Deum sibi loqui. Doctrinas, quas illis daturus est circa exercitium virtutum, bene quisque cordi suo imprimant; studeantque fidelissime sese in eis exercitare.

3<sup>io</sup>. Uti Patrem eum ament eique confidant. Eidem omnes necessitates suas aperiant, tam temporales, //13// quam spirituales et omnia quacumque eis possint occurrere. Nec desit, quin omne, etiam profundissimum, conscientiae secretum ei semper patefaciant, nihilque coram eo in cordibus suis celare velint. Ad eum recurrant in omnibus sibi obvenientibus tentationibus, eas sincere aperiant, et sint certi, quod aperta tentatio, eo ipso jam sit etiam victa.

Praesertim, non reticeant, \*quam sese spiritus aridos, aut animo dejecto et melancolicos esse senserint; hi enim sunt illi aggeres ex quibus infensissimus totius generis humani inimicus animos nostros fortissime impugnare consuevit. Praeterea sese de defectibus diurnis quisque coram Magistro accusabit; quod fieri poterit, aut subito aliquo defectu commisso, aut vesperi antequam cubitum discedatur.

//14// 4<sup>to</sup>. Tenentur pariter Novitii omni septimana rationem conscientiae suae Magistro reddere; proinde sincere ei confidebuntur:

1<sup>mo</sup>. Quem fervorem aut repugnantiam seu ariditatem in servitio Dei sentiant; et quem profectum in oratione mentali faciant, aperiant ei.

2<sup>do</sup>. Omnia bona desideria, inspirationes divinas, et illuminationes mentis, de meditationibus acquisitas.

Fatebuntur porro:

3<sup>io</sup>. Omnes tentationes, toedia aut fastidium circa vitam regularem et communem impavide.

4<sup>to</sup>. Item si male sese senserint circa valetudinem aut in necessitate cujuscumque rei constituti fuerint.

//15//

#### **Caput Quartum** De Mortificatione et humilitate

1<sup>mo</sup>. Circa mortificationem Novitii Sanctissimi Redemptoris non sint parcentes sibi. Maxime attendat quisque proprias vincere passiones, omnem repugnantiam in bono superare, amorem proprium, qui plerumque maximum in homine exercet, opprimere. Coeterum esse<sup>5</sup> in illis mortificationibus corporalibus exercent, quae cuique a Magistro injunctae, aut permissae. Nequaquam illae communes, et a Regula praescriptae, intermittantur.

2<sup>do</sup>. Prae sensibus coeteris oculi maxime custodiantur. Proinde sive

---

<sup>5</sup> sese

//16// extra Collegium sive in Collegio illis ambulare contigerit, magnopere caveant, ne his nimium evagentur. In omni igitur occasione, cum omni statui suo conveniente modestia et gravitate, oculos semper demisse gestando.

3<sup>to</sup>. In colloquiis familiaribus seu communibus sermocinationibus, quasi ex bilance loquantur, id est: attendant verbis, ne forte proferant talia, quae alteri offendiculo esse possint; omnis enim umbra quae charitatem fraternam laedere valeat sug geri<sup>6</sup> severissime prohibetur.

Colloquiis nunquam intermisceant sermones de novis quae forte audiverint in mundo contigisse; nunquam de rebus saecularibus, de Patria, de amicis, et consaguineis loquantur. Absint longe a talibus, in quibus famae aut bono nomini //17/ proximi detraheretur; hos cane pejus et angue fugiant sermones. Non respiciant gesta et facta alterius, sed quisque seipsum intueatur, et neminem praeter se et Deum in mundo existere sibi persvadeat.

4<sup>to</sup>. Nec deesse solet quin circa cibos quandoque incipientibus caro propria suggerat exceptiones, quando nimirum inordinati effrenati appetitus illorum in exquisitiores aut crebriores, quam communitas dare sit solita, feruntur, non advertendo isthoc vitium, quod hominem etiam brutis inferiorem reddit esse pessimum, quin immo etiam correctu difficillimum. Patet ex dictis quanta vigilantia, quamque industri cura circa tale in se extinguendum, aut saltem referendum illos, qui vere Iesum Christum Magistrum et Redemptorem nostrum se desiderant //18// habere, oporteat. Absit proinde ut de cibis, gustum suum minus titilantibus sibi conquerantur; non concupiant alios, nec loquantur unquam sive de bonis sive de malis, sed sint contenti omni illo, quodcumque santa, quam amplectendam venerunt, paupertas ministravit. Creberrime inter alias etiam circa dietam esse solet tentatio; hinc veniente simili subito eam Magistro aperiendum esse alioquin sciunt. Et certum est si hoc vitium in se senserint esse jam mortificatum, esse magnum appressum vitium, quod non nunquam in communitatibus Religiosis tristissimos turbines excitare solet.

5<sup>to</sup>. Quum humilitas basis et fundamentum caeterarum omnium virtutum, necessario etiam prae coeteris prima acquirenda erit. Hoc itaque exercitivum particulare requirit a //19// Novitiis; non sufficiet tantum abjectum de seipso conceptum habere, specialem aestimationem aliis exhibere; immo cum summo \*complactio et animo hilari humillima et abjectissima officia amplecti, quaecumque sibi fuerint injuncta. Requirit porro humilitas, nunquam sine gravissima necessitate propriam habilitatem, excellens quoddam talentum, aut doctrinam suam cuicumque sit manifestari a Novitiis. Non colloquantur de studiis tanto minus de stirpe, nobilitate, aut similibus; quum is solum major sit in conspectu Dei qui humilior, et abiectior suismet oculis semper erit. Magister Novitiorum quomodocumque Deo placere iudicabit, eorum humilitatem lustrabit.

6<sup>to</sup>. Constituetur pariter in Novitiatu unus e Novitiis, quem Zelatorem,

---

<sup>6</sup> sug geri = sub gravi?

seu Angelum custodem habebunt. Hic parvos illos defectus //20// a Novitiis contra Regulam aut Constitutiones contra exercitium in virtutibus commissos notabit; de his deinde notatis, in die solitudinis, finito colloquio spirituali, monebit fraterne illos a quibus defectus notatos committi observavit. Qui vero monetur, humi utroque genu flectens, animo quieto et vultu sereno monitum hoc excipiat. Humilitatis causa non se excuset, aut defendat. Absit ut quis deinde fortasse vindictum de zelatore propterea sumere tentet, ut aliis displicentiam manifestet; hunc admonitorem seu censorem uti Angelum Custodem Novitiatus aestiment.

### **Caput Quintum**

De bono Exemplo et Charitate.

1<sup>mo</sup>. Unusquisque summopere caveat ne sit //21// scandalum fratri suo. Non solum autem evitent hoc, sed etiam unus alterum bonis exemplis ad virtutes comparandas et leges Congregationis observandas stimulare adlaboret.

2<sup>do</sup>. Nunquam alter alteri tentationes aut angustias quasque aperiat, sed omnis in tali necessitate recurrat ad Magistrum, etiamve tentatio contra ipsummet Magistrum fuerit, non illis hoc proinde timorem aut verecuntur; inde Magister, immo consolabitur, et eo majorem affectum erga talem nutriet, quo magis cor illius sincerum agnoscat.

Non ideo reticeant sensationes adversas. Novit enim perbene Magister Vester, quantum contendat Spiritus ille malignus, ut pacem et quietem Novitiorum dissipet et disturbet.

3<sup>io</sup>. Charitas fraterna maxime semper illis sit corde necesse est; //22// hanc, caveant, ne in minimo quidem laedant, sive verbis, aut gestibus, aut alio quocumque modo fieri solito.

Et licet sint patria, a se diversi, diversa etiam natione, sint tamen charitate una anima, unum cor. Evitent summopere pestiferum illud vitium, alter alterius mores, et gestus ridiculos reddendi, aut sub habitu zeli actiones nota censaria in aliis notandi, et eas corrigendi; non hoc illorum est officii.

Omnia quaecumque viderint aut sibi obvenerint, in optimam semper partem, et secundum verae charitatis regulas interpretentur.

Attentissimus sit Magister et rigorisissimus in corrigendis defectibus, charitatem fraternam spectantibus necesse est.

//23//

### **Caput Sextum**

De exercitiis, quibus omni die Novitii occupabuntur.

1<sup>mo</sup>. Mane recitata Divini Officii hora sexta, se conferent in propria cubacula, et ibi per spatium dimidiae horae se praeparabunt pro suscipiendo Sanctissimo Eucharistiae Sacramento.

In diebus vero, quibus sacram coenam non sunt sumpturi, hac media

hora legent aliquam partem nostrae Regulae. Accedent autem ad sacram Communionem omnibus diebus Dominicis et festis, item die Mercurii, et Veneris in qualibet hebdomada. Reliqui Hebdomadis dies erunt in libero arbitrio Magistri, quibus ad libitum illam poterit concedere aut denegare. //24// Quare omni die antequam cubitum se conferent, accedendi ad Communionem licentiam anticipate postulabunt. Ad Poenitentiae vero Sacramentum et expianda peccata saltem bis quavis hebdomada accedent.

2<sup>do</sup>. Finita dicta media hora pulsabitur tintinabulum, quod tantum in usum Novitiatus erit, et omnes descendent unito, vel in sacellum, aut in Ecclesiam, pro Missa sacrificio auscultando; sub cujus principio, aut sub dimidio, ad ordinationem Magistri illis sacra Communio porrigetur. Quandocumque eis contigerit exire ex Novitiatu ibunt semper bini et bini cum summa Modestia et in ordine.

Communicandi itaque, adorato profundissime genibus et capite Sanctissimo Sacramento, accedent ad Altare, et ibi humi, aut in primo a terra gradu flectentes, manibus junctis //25// corporeque profunde inclinato, devote recitabunt *Confiteor Deo*, et finito *Miseratur* a Sacerdote, caput inclinatum erigent, atque ad *Indulgentiam* signo Crucis se signabunt. Iterumque profunde se inclinabunt, ubi Sacerdos cum sacra hostia se inverterit, et ita inclinati permanebunt donec omnes in ordine flectentes Sacramentum susceperint. Communicati omnes aequaliter surgent, adorabunt, iterumque bini et bini in chorum sese conferent, post Missam quisque in cubiculum discedit. Ibi per mediam horam Iesum Christum in cordibus suis adorabunt, et Deo gratias agent. Si vero fuerit dies, qua non Communicaturi essent, hanc mediam horam impendent in facienda oratione mentali. Hac finita dabitur rursus signum //26// tintinabulo pro lectione Spirituali, quae fiet ex aliquo libro de exercitio virtutum tractante, qualis v.g. Rodriguez S.J. Finito lectionis tempore ad signum datum, aut labor manualis illis assignabitur aliquis, aut descendent in hortum ambulaturi unius horae spatio, aut quidquid aliud agendum disposuerit Magister, attamen in silentio, quod tota die observabitur, exceptis horis duabus in recreatione!

3<sup>io</sup>. Terminata hora exercitorum manualium, omnes conveniunt in cubiculum colloquiis spiritualibus destinatum, ubi in silentio discursum seu sermonem spiritualem aut explicationem Regulae a Magistro sibi datam audient; aut propositum ab eodem aliquem casum asceticum prudenter modestique resolvent.

//27// 4<sup>to</sup>. Tempus deinde usque ad primum campanae majoris signum superstes, in propriis cubiculis ad libitum quisque suum applicabit; poterunt nimirum vel scriptis notare aliquas bonas resolutiones in meditatione factas, aut alias pias sententias et cogitatus bonos, aut se examinare circa aliquam virtutem, aut alicui devotioni particulari vacare. Ad signum vero datum se conferent in Chorum uniti, ubi usque ad horam Officii Divini Nonam recitandam, futurum Officium praevidentes, orabunt.

5<sup>to</sup>. A meridie dictis Vesperis visitabunt uno quadrante horae



Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, et deinde in honorem Sanctissimae Dei Matris et Virginis Mariae quinque decades Rosarii recitabunt, quo facto iterum media hora supererit ad cuiusque libitum //28// impendenda. Moxque tintinabulum omnes ad cubiculum colloquiorum spiritualium convocabit, ubi pro varietate dierum in variis exercebuntur Officiis. Qualia erunt plerumque circa Ceremonias in Ecclesia usuales, aut pro colenda memoria recitabunt unum alterumve caput de Epistolis Beati Pauli, aut alterius, aut de doctrina Bellarmini, aut quidquid aliud videbitur Magistro.

6<sup>to</sup>. Hora consueta rursus descendent in hortum, praesertim in hyeme et diebus minus serenis. In vere autem, et toto mense octobri exhibunt foras in aliquem locum solitarium ambulaturi, aut Ecclesiam aliquam visitaturi. Die Iovis vero exhibunt ante, et post meridiem.

//29//

**Caput Septimum**

Ordo quem in Choro, in Sacristia et in Ecclesia observandum habent.

1<sup>mo</sup>. Cum omni modestia, gravitate, silentio et reverentia se gerant in Choro et Ecclesia, praesertim quum ipse locus sacri desigat.<sup>7</sup> Audientes fortasse quempiam intrare aut exire, aut alium quemcunque rumorem fieri, nequaquam circumspiciant, quod scilicet puerorum est, sed collecti spiritu, quisque sibimet ipsi attendat.

In choro sedeant modesti et compositi, oculis demissis, Breviarium quod manu tenebunt intuentes, pedes semper teneant junctos. Si qui //30// in Ecclesia adfuerint homines, non accedant ad crates seu clatros Chori.

2<sup>do</sup>. Quicumque sub actu aliquo communi venerit tardius in Chorum, genu flectens signum surgendi praestolabitur; quo dato ad locum suum se conferet. Quod in omni actu communi observabitur. Haec eadem Regula sit etiam exeuntibus et redeuntibus quacumque necessitate urgente sub ipso actu communi.

3<sup>io</sup>. Sub mentali aut alia quacumque oratione, semper in quantum fieri potest sint humi flectentes, scamnisque ne innitantur. Evitent omnem gestum aut actum paucam modestiam, devotionem et reverentiam spirantem. Caveant excitare strepitum quempiam; etiam suspiria, aliorum quietem et animos collectos turbantia omittant.

//31// 4<sup>to</sup>. Audito signo eundi in Chorum, cum summa modestia et in silentio illuc bini et bini se conferant, ubi genuflectentes, signum Officium Divinum inchoandi, expectabunt. Ad Psalmum *Venite exultemus Domino*, *Lectiones* et *Martyrologium* exhibit in medium cuius erit Officium, et facta inclinatione versus Rectorem recedet ad locum.

5<sup>to</sup>. Officium recitabitur sine cantu, sine modulatione vocis et tono; attamen ad astericos non omittantur pausae debitae, ut cognoscatur in hoc actu

---

<sup>7</sup> locus sacri desigat = locus sacer id exigat

sacro etiam interna collectio, quae necessario animos et corda recitantium occupet oportet. Antiphonae legentur a duobus hebdomadariis minoribus, uti et Psalmi ab iis inchoabuntur; et quidem non sedendo sed in pedibus manendo quisque in loco suo.

//32// 6<sup>to</sup>. Ad *Confiteor* et *Misereatur* omnes Novitii stabunt profunde inclinati, donec Hebdomadarius major repetit *Misereatur*. Ab *Gloria Patri*, usque ad *Sicut erat* inclinabuntur mediocriter; ad nomina vero *Iesu*, *Mariae* et *Sancti* de quo fit officium, simplex tantum fiat capitis inclinatio. Hymnos inchoabit Cantor ex parte Hebdomadarii Majoris stans, ipse etiam leget lectiones breves.

7<sup>to</sup>. Omnes Ceremoniae exacte observentur ab iis qui Sacerdoti se vestienti aut Missam dicenti assistent. Assistant modeste; manibus junctis, incedant graviter, non vagentur oculis huc illuc; in summa, sint ipsa probitatis ac devotionis exempla. Recordentur quod Angelorum tunc vices et officium expleant.

//33/

### Caput Octavum

Ordo in Refectorio Observandus.

1<sup>mo</sup>. Bini et uniti in ordine modeste intrabunt in Refectorium, ita etiam exhibunt. Sine tumultu et strepitu quisque suum, quem assignatum habet, occupet locum. Ut vero etiam in sedendo observetur ordo, qui omnium rerum anima est, primum a Magistro tenebit locum qui prior veste Congregationis indutus fuit, et ita pono<sup>8</sup>.

Qui fuerit Lector ad Mensam, ascendat ad locum lectioni destinatum, et ibi in pulpito necessarios sibi libros aperiat; respondeat ad benedictionem et<sup>9</sup> hebdomadario datam in tono concepto. Neque prius quis sedeat, sin Rectorem jam videant sedere.

Si quis tardius in Refectorium ven- //34// nerit, normam praecedenti capite praescriptam observet, addat, ut priusquam surgat, terram osculetur. Nec alium petat locum praeterquam ultimum, praesertim quum omnes hortentur, ne in mensa locum aliquem intermedium vacuum unquam relinquunt, licet forte qui praecedit non adsit, qui veniens ultimo assideat, hunc ordinem observent etiam illi qui sub initium prandii aut coenae pedes devotionis causa osculaturi sunt. Benedictione Mensae ab Hebdomadario jam absoluta, lector dicat: *Iube Domine benedicere* et, capite mediocriter inclinato versus Hebdomadarium, expectet benedictionis finem. Cum vero legerit, legat modulatione et tono, sed voce intelligibili et clara. Interpunctionum pausas bene observet.

2<sup>do</sup>. Apud Mensam sedeant modesti et bene compositi; non incumbant

---

<sup>8</sup> porro

<sup>9</sup> ab

tergo et humeris et \*fulerum dorsuale, genua habeant pariter unita; et nunquam unum ponatur supra alterum, //35// nec alium quemque situm minus honestum faciant pedibus unquam. Oculorum modestiam praesertim observent. Non circumspiciant hinc inde per Refectorium, non lustrent oculis unus alterius paropsidem aut patinam.

Quando sibi porrigentur fercula in tabella lignea, non exquirant lances, quae plus minusve cibi continent; accipiat vero unusquisque illam quae proxime prima sibi offertur. Nullus mappulam explicet, nec eamdem complicit, priusquam cujusque praecedens. Ipso momento quo aperuerint mappulam dicant salutationem angelicam in honorem Beatae Virginis Mariae, ut illis assistat ne inordinata ciborum appetentia rapiantur. Mappulam componendo aliud Ave Maria dicant in gratiarum actionem.

3<sup>to</sup>. Panis scindatur in patina antequam manducare incipiant. Attendant quo pauciores miccas possunt, faciant. Si sub mappula invenerint //36// quaedam fragmenta panis durioris, aut negri, manducant haec prius, et demum, si ultra opus habuerint, comedant alterum panem recentiore, et album. Vino semper secundum qualitatem immisceant; nec impleant poculum ad summam usque extremitatem.

4<sup>to</sup>. Si cui vero defuerit quidpiam de apparatu Mensae, sive culter sive poculum, sive etiam ipse panis non licebit, nequidem signo, talem necessitatem aperire; immo Deo gratias agat, qui patitur, quod dignus factus sit ejus amore, quidpiam se tollerare posse. Ferant id proinde patienter, atque animo hilari. Exiget autem charitas, ut is, qui assidet vicinus, aut quicumque talem inopiam seu necessitatem apud fratrem suum observaverit, ad mensam servienti modeste insinuet.

5<sup>to</sup>. Manducantes ita manducant, ne quid legibus discrepans, aut statui //37// religioso minus conveniens committant. Non incumbant Mensae totis cubitis; non odorentur cibis, non perflect eos refrigerandi causa; herbas et similia frustillatim concidant in disco, et ita mediocres bolos sumendo manducant, manu sinistra teneant frustulum panis, quo facilius bolum in furcillam accommodare possint.

6<sup>to</sup>. Antequam cibum degustaverint poterunt in memoriam abstinentiae Iesu Christi et Sanctissimae Matris ejus Virginis Mariae sibi proponere, se velle portionem ori detrahere, dicentes: Tui amore Iesu Christe abstineo ab hac bucca cibi.

7<sup>to</sup>. Non erit indecens, multo minus inutile, si ante prandium reminiscantur illius amarissimi potus felis aceto mixti, qui Salvatori Nostro Iesu Christo, praeclarum illud et adorandum Redemptionis nostrae opus jamjam consummaturo, porrigebatur. Ad coenam //38// deinde recordentur Sacri illius Convivii cum Discipulis suis, antequam pateretur, habiti, in quo, tenerissimi sui erga nos amoris pignus relinquens, se ipsum nobis ad manducandum tradidit.

8<sup>vo</sup>. Tempore commestionis sint attentimenti<sup>10</sup> et auribus ad lectionem; poterunt nimirum inde in recreatione colloquia instituere. Eodem tempore loqui ad Mensam non licebit.

9<sup>no</sup>. Moribus et humanitati contrarium est mappula dentes circumpurgare posteaquam commestum est; proinde caveant ne simile quid committant. Micae, si quae in mensam ceciderunt, non cultro, sed mappula colligantur in discum.

//39// 10<sup>mo</sup>. Ad datum signum a Patre Rectore, dicat lector: Tu autem Domine etc.; descendat de pulpito, osculetur devote terram, et stans sub eodem praestoletur finem.

11<sup>mo</sup>. Attente et corde ad Deum elevato auscultent et mente \*repellant gratiarum actionem post mensam, qua terminata modeste et in ordine discedant bini in Ecclesiam aut in Chorum.

12<sup>mo</sup>. Quum jam omnes a Refectorio discesserint, minime vero citius se conferet lector ad locum sibi praeparatum, comesturus; et dicens secreto: *Benedic Domine* etc etc, manducabit. Quo finito pariter secreto dicens: *Retribuere dignare Domine*, discedat in Ecclesiam aut Chorum, ubi recitato *Pater* et *Ave* sequetur alios.

Omnia haec observabunt etiam illi, quibus contigerit manducare ad secundam mensam.

//40//

### Caput Nonum.

Ordo in Cubiculis observandus.

1<sup>mo</sup>. Nisi obedientia aut necessitate aliqua urgente, non exeant ex cubiculis propriis.

2<sup>do</sup>. Cum summa modestia, uti nempe homini religioso convenit, se gerant in cubiculis. Nunquam in die vestes deponantur, immo neque zona vel cingulum de corpore solvatur, excepto tempore aestivo sub hora qua post meridiem dormiunt, poterit zona deponi. Incumbere fenestris et foras prospicere, quacumque demum de causa, sibi vetitum esse noverint.

3<sup>io</sup>. Omnia illa privata devotionis exercitia, si quae illis imponentur ex obedientia, minutissime adimpleant. Haec eadem voce secreta peragent; permittuntur etiam in cubiculis propriis cantari posse cantilenae spiri- //41// tuales; attamen observato, ne vocem nimium elevent.

4<sup>to</sup>. Singulis diebus bis facient in privato lectionem spiritualem, ut jam alibi dictum est, nimirum ante meridiem de virtutum exercitatione, post vero de vita Sanctorum.

5<sup>to</sup>. Exeuntes et intrantes in cubiculum se aqua lustrali aspergantur, osculentur Crucifixum, Benedictionemque et assistentiam a Maria Sanctissima postulent. Portae cubiculorum solum aestivo tempore poterunt teneri apertae.

---

<sup>10</sup> Attentimenti = attenti mente

In quibus serandis pessulum manu sublevent, ne strepitum excitet cadendo.

6<sup>to</sup>. Omni sabbato illud scopa verrent post Vesperas. Omnia intus teneant polita, bene ordinata et accomodata. Mensula stet semper muro adjuncta, in uno eodemque loco. Imagines chartaceae non moveantur de loco, sine licentia Magistri.

//42// 7<sup>to</sup>. Semper tempore requiei tam diurnae quam nocturnae, etiam in aestate, fenestras cum valvis occludant. Qui prope fenestram mensulam habent, poterunt fenestram vitream aperire, dummodo non sit periculum videndi objecta quae mentem distrahant. Tempore requiei nunquam licebit legere aut scribere, nisi cum expresso permissu Magistri.

8<sup>vo</sup>. Casu quo quis in die exuere debet indusium, id faciat clausis fenestrae valvis, si vespere, extincto lumine. Porro si plures in uno habitaverint cubiculo, qui primi lectum ingredientur nondum extincto lumine, tunicas non foris, sed intus lectum exuant; qui vero fuerit solus, illam extra lectum, lumine suffocato, deponat.

Et quidem<sup>11</sup> observent mane in vestiendo. Vespera mox lumina extinguant //43// dato signo ultimo campanae. Qui vere voluerit, poterit subito accepta Benedictione ad requiem \*scudere<sup>12</sup>, licet nondum datum esset signum ultimum; neque permittitur cuiquam ultra nominatum signum se detinere extra lectum.

Sancta et salubris consuetudo erit, si brachio rosarium Beatae V. Mariae quod zonae appensum portant, circumvolverint, et in crucis amplexu, quam semper in lectum habeant, decubuerint.

Decumbentes postea caveant, ne indecenti quodam, aut minus honesto situ jaceant, colligent nimirum se in praesentia Dei, Immaculatae castissimaeque Virginis Mariae et Angeli sui tutelaris esse; proinde nunquam dormiant spolliati indusio et subligaculo; lectulus esto semper mundus et bene ordinatus.

//44//

### **Caput Decimum**

Ordo extra Cubiculum in Collegio observandus.

1<sup>mo</sup>. Ambulantes in \*dormitorio, non inspiciant in aliorum cubicula aperta, non incumbant fenestris, foras prospiciendi causa. Sacerdotes obviantes, pielorum tollendum<sup>13</sup>, salutent; aliis vero professis, aut laicis aut connovitiis, aliquantulum caput inclinabunt. Coram Rectore et Magistro aperient caput et restabunt firmi, donec transiverit. Porrigentes deinde quidpiam Rectori aut Magistro, id faciant uno genu fumi<sup>14</sup> flectentes; id vero meminerint minime conveniens fore, si in praesentia //45// Superioris

---

<sup>11</sup> idem

<sup>12</sup> secedere

<sup>13</sup> pielorum tollendum = pileolum tollendo

<sup>14</sup> humi

Generalis accideret, quod itaque in hoc casu facere omittant.

2<sup>do</sup>. Mortificationes prohibentur tales, quas faciendi prius a Magistro licentiam expressam non rogaverint.

### Caput 11 Decimum

Ordo in recreationibus omnis generis observandus.

1<sup>mo</sup>. Intrans in locum huic actui publico destinatum, assistentiam Beatae Virginis Mariae una Salutatione implorent; quam et a Domino petant simili jaculatoria: *Pone Domine custodiam ori meo, et ostium circumstantiae labiis meis, ne declinem in verba malitiae.*

2<sup>do</sup>. Non elevent vocem adeo ut colloquia ad clamorem usque evadant. //46// Ad evitandas omnes altercationes, unus alteri se submittat, et in humilitate quam semper recipere debent, unus cedat alteri. Nunquam loquantur talia, quibus alter quocumque modo inquietari aut contristari posset. Omnis excessus, maxime vero risus immoderatio, insanici indicium est. Abstineant a tali, qui modestiae et convenientiae limites excedit.

3<sup>io</sup>. Non sedeant prius in recreatione quam a Magistro, aut ab eo, qui praesidet, signum sedendi acceperint; et tunc cum summa modestia et compositione sedebunt.

4<sup>to</sup>. Quilibet erga omnes et omnes erga quemlibet pacem habeant, amorem et charitatem. Non excurrant in colloquia de Patria, aut de aliis inutilibus rebus, quorum loco sermonibus utilibus et spiritualibus mentem sublevare poterunt. Advertant: nisi fuerint saltem tres, non poterunt duo soli simul loqui.

//47// 5<sup>to</sup>. In vinidario nequidem herbam tangant sine licentia Magistri; ita etiam si fuerint foris.

### Caput 2. Decimum

Ordo extra Collegium observandus.

1<sup>mo</sup>. Quandocumque exhibunt aut redibunt, accepta benedictione a Mistro<sup>15</sup>, Iesu Christo et Beatae Virginis Mariae esse<sup>16</sup> recommendaturi, in Chorum aut in Ecclesiam secedent.

2<sup>do</sup>. Incedant passu gravi et modesti oculis in terram defisis, mente autem in coelum elevata. Diebus Iovis, aut aliis diebus cum exeundum erit se sublevandi causa, nunquam duo exhibunt, sed saltem tres. Si quis notorum obviam venerit, modeste caput aperiant, et sine verbo iter prosequantur. Denique ambulent ita ut si omnium oculi in modestiam //48// illorum essent

---

<sup>15</sup> magistro

<sup>16</sup> esse = sese

conversi. Ubi contigerit eos per plateas ire, ent<sup>17</sup> in ordine bini et in silentio.

### **Caput 3. Decimum**

Ordo observandus quando communititer  
exercitium quodcumque manuale tractabunt.

1<sup>mo</sup>. Primum omnium intentio recta praecedat necesse est, ad majorem Dei gloriam, et ad ejus sanctam voluntatem faciendam.

2<sup>do</sup>. Quod agent, agant in silentio, et interna recollectione spiritus. Sine ulla controversia obediant ei qui in tali exercitio praesidet; et nisi expressae<sup>18</sup> fuerint interrogati, iudicium proprium nullus dicat.

//49//

### **Caput 4. Decimum**

Quomodo se debeant gerere cum saecularibus.

1<sup>mo</sup>. Etiam si consanguinei fuerint, sine licentia Magistri non licebit cum eis cuiquam tractare. Sin talem obtinerint, se excusent modeste, dicentes: se licentiam loquendi non habere.

2<sup>do</sup>. Si vero habuerint licentiam, antequam descendant ad colloquendum et postquam locuti fuissent, visitent Sanctissimum Sacramentum et Mariam Sanctissimam, seseque in illorum tutelam commendent.

3<sup>io</sup>. In loquendo sint parci et attenti, recogitent id prius quod proferre volunt; recordentur illius tam salubris moniti Divini Bonaven- //50// turae: *Prius bis ad limam quam semel ad linguam veniat sermo*. Oculis non sint vagabundi; evitent gestus manuum, immo has ad pectus plicatas teneant. In sermones de nunciis saeculi, de rebus temporalibus Congregationis, de victu, de redditibus, et de similibus non tantum non consentiant, immo nec patiantur in tales induci; et dicant sibi qua Novitiis minime convenire, ut curam rerum Congregationis temporalium gerant. Terminato sermone quantum necesse erat, veniam discedendi quaerant. Meminerint coeterum ut ea observent quae alibi circa hanc materiam jam dicta fuere.

4<sup>to</sup>. Si tempore quo loquantur sonatum fuerit signum pro aliquo actu communi, subito discedant, et ne diutius se detineri velint!

5<sup>to</sup>. In valedicendo evitent omnem morem saeculi, nec comitentur eos //51// usque ad portam, sed illis salutatis, ibunt visitatum Sanctissimum; deinde redeant ad Magistrum pro benedictione.

6<sup>to</sup>. Sine licentia nullas litteras, nullas privatas schedulas aut aliud nuncium quodcumque recipiant.

7<sup>to</sup>. Denique omni die partem aliquam harumce Constitutionum legent,

---

<sup>17</sup> eant

<sup>18</sup> expresse

ita quidem ut in fine cujusvis hebdomadae omnes perlectae sint. Qui vero omiserit omni die certam partem legere, in fine Hebdomadae coram Magistro de commisso defectu se accusabit, et exequetur poenitentiam sibi imponendam.

Vivat Iesus, amor meus, et Maria Mater ejus.

Omnia ad majorem Dei gloriam nec non Beatae Virginis Mariae. Amen.

//52//

### **Ritus investiendi**

In primis benedicendae sunt Vestes, cingulum, imago, Crucifixus et Rosarium.

#### ***Benedictio Crucifixi***

Adjutorium nostrum in Nomine Domini.

Qui fecit Coelum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

#### ***Oremus***

Omnipotens sempiternae Deus, hanc, quaesumus imaginem in memoriam unigeniti Filii tui Domini N[ostri] I[esu] Christi adoptatam bene+dicere et sanctificare + digneris, et praesta, ut hic famulus tuus jugiter coram illa unigenitum Filium tuum suppliciter colere studens, illius meritis et obtentu gratiam in praesenti //53// et aeternam gloriam obtineat in futuro. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

*Aspergat aqua benedicta.*

#### ***Benedictio Rosarii.***

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

#### ***Oremus***

Omnipotens et misericors Deus, qui per eximiam charitatem tuam, qua dilexisti nos, Filium tuum unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum de coelis in terram descendere et de Beatae Virginiae Mariae Dominae nostrae utero sanctissimo, Angelo nunciante, carnem suscipere, Crucem ac mortem subire, ac tertia die gloriose a mortuis surgere voluisti, ut nos eriperes de potestate diaboli: //54// obsecramus immensam clementiam tuam ut haec signa Rosarii in honorem et laudem ejus genitricis Filii tui, ab Ecclesia tua fideliter dicata, benedicas + et sanctifices, eisque infundas virtutem Spiritus



Sancti, ut quicumque horum quotlibet secum portaverit, et in eis ad te divina contemplando mysteria devote oraverit, salubri ac perseveranti devotione abundet, ab omni hoste visibili et invisibili semper et ubique et in hoc saeculo liberetur, ac in exitu suo ab ipsa Beatissima Maria Virgine Dei genitrice tibi plenus bonis operibus praesentari mereatur. Per eundem Christum Dominum Nostrum. Amen.

***Benedictio Vestis.***

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

***Oremus***

//55// Domine Iesu Christe, qui existens in forma Dei, formam servi accipere, in similitudinem hominum fieri et habitu investiri ut homo, pro nostra salute, dignatus es: Te suppliciter exoramus ut istam nostrae Congregationis vestem benedicere + digneris, ut hic famulus tuus, frater noster, ipsam induens, Te, per invitationem<sup>19</sup>, induat celeberrimum omnis perfectionis exemplum. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti, Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

*Aspergat aqua benedicta*

***Benedictio Cinguli.***

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit coelum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

***Oremus***

Deus, qui ut servum absolveres, //56// Filium tuum ligari voluisti, bene+dic cingulum istud, ut famulus tuus, frater noster, qui eo cinget, cingulorum ejusdem Filii tui Domini nostri Iesu Christi memor existat, ut in via, quam ingredit, salubriter perseveret, et Tuis cum affectu semper obsequiis se alligatum esse cognoscat. Per eundem Christum Dominum Nostrum. Amen.

*Aspergat aqua benedicta.*

**Nota**

Uniti cum omnes fuerint in choro aut Ecclesia, PP. Rector, aut Magister habens facultatem investiendi candidatum, superpelliceo et stola indutus, intonat sequens Responsorium.

---

<sup>19</sup> imitationem

Veni, Sancte Spiritus, reple tuorum Corda fidelium, et Tui amoris igneis<sup>20</sup> accende.

**V.** Emitte Spiritum Tuum et creabuntur.

**R.** Et renovabis faciem terrae.

//57// **Oremus**

Deus qui corda fidelium Sancti Spiritus *etc.*: **R.** Amen.

*Tum omnes surgent, et solus candidatus manebit flectens.*

*Rector incipiet.*

**V.** Deus, in adiutorium meum intende.

**R.** Domine ad adjuvandum *etc.*

Gloria Patri et Filio *etc.*

**Psalmus**

In exitu Israel de Aegypto; domus Iacob de populo barbaro.

Facta est Iudea sanctificatio ejus; Israel potestas ejus.

Introduces eos in montem haereditatis Tuae; in firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es Domine.

Educam eos de afflictione Aegypti; et introducam in terram fluentem lacte et melle.

Gloria Patri Filio et Spiritui Sancto; sicut erat in *etc.*

//58// **Psalmus**

Vox dilecti mei pulsantis; egredere et abi post vestigia gregum.

En dilectus meus loquitur mihi; surge, propera, amica mea et veni

Surgam et quaeram; quem diligit anima mea.

Veniat dilectus meus in hortum suum; fasciculus myrrhae dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.

Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in vallibus<sup>21</sup>; jam hyems transiit, imber abiit et recessit.

Gloria Patri et Filio *etc.*

**Psalmus**

Quae est ista, quae ascendit de deserto; deliciis affluens, innixa super dilectum suum.

Fortis ut mors dilectio; lampades ejus lampades ignis atque flammularum.

//59// Propterea hoc ecce lactabo ego eum; et dicam in solitudinem, et loquar ad cor ejus<sup>22</sup>.

Sedebit solitarius, et tacebit, quia levavit se super se.

Gloria Patri et Filio *etc.*

---

<sup>20</sup> in eis ignem

<sup>21</sup> Ct 7,11: in villis.

<sup>22</sup> Os 2,14: Propter hoc ecce ego lactabo eam; et ducam eam in solitudinem et loquar ad cor ejus.

***Oremus***

Dirigat corda nostra, quaesumus, Domine, tuae miserationis operatio, quia tibi sine te placere non possumus. Excita, quaesumus Domine, tuorum fidelium voluntates, [ut divini operis fructum propensius exsequentes]<sup>23</sup>, pietatis tuae remedia percipiant. Deus qui diligentibus te bona invisibilia praeparasti infunde cordibus nostris tui amoris affectum, ut te in omnibus, et super omnia diligentes promissiones tuas quae omne desiderium superant, consequamur. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

//60// ***Psalmus***

Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum; concupiscit et deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum et caro mea; exultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi domum; et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua, Domine virtutum; Rex meus, et Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua Domine; in saecula saeculorum laudabunt te.

Beatus vir, cujus est auxilium abs te; ascensiones in corde suo disposuit, [in valle lacrymarum, in loco quem posuit]<sup>24</sup>.

Etenim benedictionem dabit Legislatores, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum in Sion Domine Deus virtutum; exaudi orationem meam; auribus percipe Deus Iacob.

//61// Protector noster, aspice Deus; et respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies una in atriis tuis, super millia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei: magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam et veritatem diligit Deus; gratiam et gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos qui ambulant in innocentia; Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

Gloria Patri et Filio *etc.*

**V.** Domine exaudi orationem *etc.*

**R.** Et clamor meus ad te veniat.

**V.** Dominus vobiscum *etc.*

***Oremus***

Largire quaesumus Domine, semper [spiritum] cogitandi quae recta sunt, propitius et agendi, ut qui sine te esse non possumus, secundum te vivere valeamus. Per Christum D[ominum] nostrum. Amen.

---

<sup>23</sup> Vedi gli altri manoscritti e Vulgata.

<sup>24</sup> vedi gli altri manoscritti e Vulgata.

//62// *Litaniae Lauretanae.**His terminatis dicatur*V. Ora pro nobis sancta Dei *etc.*R. Ut digni efficiamur *etc.*

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te *etc.*

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

**Oremus**

Concede nos famulos tuos, quaesumus, Domine Deus, perpetua mentis, et corporis sanitate gaudere, et gloriosae B[eatae] Mariae semper Virginis intercessione, a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfrui laetitia. Per Chri[stum] D[ominum] N[ost]rum]. Amen<sup>25</sup>.

*Dicta oratione sedens superior in cornu Evangelii interrogat Candidatum.*

**Superior:** Frater dilectissime, quid desideras?**Can[didatus]** interim legat sequentem pe[ti]tionem.

//63//

**Candidatus:** Cum immensa misericordia et bonitas Dei mihi monstrare dignaretur omnia quae mundus magni aestimat, omnia quibus jactatur, inania esse et vanitatem; cum eadem misericordia intellectum meum illuminare, viresque concedere voluerit, omnia quae mundi sunt abjiciendi, ut coliberius<sup>26</sup> amabilissimo Redemptori meo servire, eo ardentius eum amare, eoque perfectius ejus sanctissimam vitam imitari valeam; cum denique ejusdem immensae bonitatis ac misericordiae Altissimi nutu vocatum me esse sentiam, ut residuum adhuc dierum meorum in hac venerabili Congregatione Sanctissimi Redemptoris consumem, quatenus eo arctius ejus voluntatem adimpleam, salutemque animae meae in quodam veluti securitatis portu constituam: ideo Reverendissimam Paternitatem //64// tuam humillime supplico, ut me, licet quidem tanta gratia nullatenus dignum, ob amorem tamen Iesu Christi Salvatoris mei, [in Tuan hancce Congregationem, uti minimum et]<sup>27</sup> indignissimum Fratrum Tuorum benigne suscipere digneris, in quorum numero paratus sum, et cum gratia Dei spero, usque ad finem vitae me perseveraturum.

**Superior dicit:**


---

<sup>25</sup> Il salmo 83 e Litaniae Lauretanae non sono stati inseriti nell'edizione ufficiale del *Ritus investiendi candidatos et suscipiendi oblationem novitiorum CSSR*, Romae 1856.

<sup>26</sup> eo liberius

<sup>27</sup> Il testo che mancava è stato preso dall'altra copia.

Cum itaque, ut dicis, amore Dei in hanc Congregationem nostram suscipi desideres, teque totum Deo dicare postules: Nos te suscipimus, et Ego, nomine, et facultate mihi delegata a Reverendissimo Patre Nostro Generali, te suscipio ut filium et fratrem ad simul vivendum in hac Venerabili Congregatione, eo usque dum mors ipsa nos ab invicem erit separatura.

His finitis Candidatus humi prostratus jacebit, interim Superior cum adstantibus dicet:

//65// **Hymnum**

***Veni, Creator Spiritus, mentes tuorum visita: etc.***

V. Emitte Spiritum tuum: *etc.*

R. Et renovabis faciem terrae.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

***Oremus***

Mentes nostras, quaesumus Domine, Paraclytus, qui a te procedit, illuminet, et inducat in omnem, sicut Tuus promisit Filius, veritatem. Per eundem Christum Dominum Nostrum. **R. Amen.**

*Superior ad Candidatum conversus dicit:*

Accedens itaque, fili mi, ad servitium Dei, praepara animam ad tentationem.

*Candidatus respondet:*

//66// Omnia possum in eo qui me confortat.

*Superior:* Dominus te bene+dicat semper, et custodiat in vitam aeternam. Amen.

*Candidatus exuit veste saeculari; interim dicit Superior:*

Exuat te Dominus veterem hominem, cum actibus ejus, et induat te novum, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis.

*Immediate induitur veste clericali et dicit Superior:*

Indue fili Dominum Iesum Christum semper mortificationem ejus in corpore tuo circumferens. Amen.

***Psalmus.***

Induit me Dominus vestimento salutis; et indumento laetitiae circumdedit me.

Regnum mundi, et omnem ornatum saeculi contempsi propter amorem Domini mei Iesu Christi; quem //67// vidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi.

Gloria Patri et Filio *etc.*

**Oremus**

Majestatem Tuam simpliciter<sup>28</sup> exoramus, ut hunc famulum tuum, cui de tua gratia speranti, nostrae Congregationis vestem imposuimus, digneris inter discipulos tuos virtute ex alto induere, justitiae lorica munire, et salutis protegere vestimento, ut intercedente Beata semper Virgine, et immaculata Dei Genitrice Maria, sub humilitatis [veste Tibi perseveranter deserviens ad stolam immortalitatis]<sup>29</sup> et gloriae mereatur pervenire. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

*Cingulo eum circumdans dicit Superior:*

Praecingat te Dominus cingulo fidei et puritatis, per Christum Dominum Nostrum. **R. Amen.**

//68// **Psalmus**

Et erunt sicut Angeli Dei; hi enim sequuntur Agnum quocumque ierit.  
Dilectus meus mihi, et ego illi; qui pascit inter lillia.  
Gloria Patri, et Filio *etc.*

**Oremus**

Domine Iesu Christe, qui beato Petro Apostolo tuo significasti, qua morte clarificaturus esset Deum, praedixisti per alium in senectute sua ipsum esse cingendum, hunc famulum tuum, fratrem nostrum, tua quaesumus charitate praecinge, cor ejus regulari alliga disciplina, ut Tua ei opitulante gratia, solutus et liberatus a mundo, Tuo vinctus amore, in observantia Instituti quod assumit, usque in finem igitur perseveraret.<sup>30</sup> Qui vivis et regnas cum Deo Patre, *etc.* Amen.

//69// *Superior dat Candidato genu flectenti imaginem Crucifixi.*

Accipe, fili, imaginem Crucifixi Magistri et Redemptoris tui, qui passus est et tradidit semetipsum pro te; pone illum ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum. **R. Amen.**

*Candidatus in amplexu Crucifixi dicat.*

Moriar, Domine, amore amoris tui, qui amore amoris mei dignatus es mori.

**Psalmus.**

Inveni quem diligit anima mea; tenui eum nec dimittam.  
Ego dilecto meo; et ad me conversio ejus.  
Trahe me post Te; curremus in odorem unguentorum tuorum.

---

<sup>28</sup> suppliciter

<sup>29</sup> Per il testo che manca nelle copie manoscritte, vedi I. Löw, *Ordo sumendi habitum CSSR*, in: *SHCSR* 4 (1956) 241.

<sup>30</sup> perseveret

Gloria Patri et Filio *etc.*

//70// **Oremus**

Deus qui mira Crucis mysteria digne coeli<sup>31</sup> desideras, da huic famulo tuo Iesu Christi semper vestigia festare<sup>32</sup>, et assidua meditatione muniri. Per Christum Dominum Nostrum. Amen.

*Porrigendo ei Rosarium dicat Superior:*

Accipe fili, rosarium B. V[irginis] Mariae, quae tibi semper sit murus ad protegendum, mater ad nutriendum, [stella ad dirigendum]<sup>33</sup>, portus ad salvandum; tu autem stude diligenter Mariam diligere, imitari, ac ipsius saluberrimam devotionem ubique propagare; in angustiis, in periculis clama Mariam, voca Mariam. Dulce nomen ejus non recedat ab ore, non recedat a corde.

**Psalmus.**

//71// Quis est homo, qui vult vitam; diligit dies videre bonos.

Qui invenit me,<sup>34</sup> inveniet vitam; et hauriet salutem a Domino.

Qui operantur in me non peccabunt; qui elucidant me, vitam aeternam habebunt.

Gloria Patri et Filio *etc.*

**Oremus**

Deus, qui propter magnam misericordiam Tuam, ad elucidandam gloriam Sanctissimae Genitricis Tuae, semper intemeratae Virginis Mariae nos vocare dignatus es; largire supplicibus tuis, ejus semper protectione defendi, [et ejus meritis] ad aeternam gloriam perducere. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. **R.** Amen.

//72// **Psalmus**

*Qui genu flectendo recitatur.*

Introduxit me Rex in cellam vinariam; ordinavit in me charitatem.

Unam petii a Domino, hanc requiram; ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae.

Dilectus meus candidus et rubicundus; electus ex millibus.

Quid mihi est in coelo, et a te quid volui super terram?; Deus cordis mei, et pars mea Deus in aeternum.

Gloria Patri et Filio *etc.*

---

<sup>31</sup> coli

<sup>32</sup> sectari

<sup>33</sup> vedi le altre copie.

<sup>34</sup> Pro 8,35: Qui me invenerit.

**Oremus**

Domine Deus, qui eos te dignos esse decrevisti, qui saecularia omnia, cognotosque et amicos respuentes, [Te] sequuntur; suscipe hunc famulum tuum, omnibus juxta //73// praecepta tua renuntiantem, ipsumque coram te humiliter procumbentem, in veritatis tuae viam deducere ac spiritu tuo munire digneris, quo omnium adversariorum conatus contra eum nullius prorsus roboris existant; potentiam ei largire ut omnibus diebus vitae suae semper tibi placeat, intercessionibus semper immaculatae Dominae nostrae Dei Genitricis Mariae, Sanctorumque omnium, qui a saeculo transierunt; quoniam benedictum et glorificatum est praetiosissimum, magnificentissimum<sup>35</sup> Nomen Tuum, Patris et Filii et Spiritus Sancti, nunc et semper et in saecula saeculorum.  
R. Amen.

**Psalmus.**

Ecce quam bonum et quam jucundum; habitare frates in unum.  
//74// Sicut unguentum in capite; quod descendit in barbam, barbam Aaron.  
Ecce quam bonum et quam *etc.*  
Quod descendit in oram vestimenti ejus; sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.  
Ecce quam bonum *etc.*  
Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem; et vitam usque in saeculum.  
Ecce quam bonum et quam *etc.*  
Gloria Patri et Filio *etc.*  
Ecce quam bonum et quam *etc.*  
Kyrie eleyson, Chryste elison, Kyrie elison<sup>36</sup>.  
Pater noster *etc.*  
V. Et ne nos inducas in tentationem.  
R. Sed libera nos a malo.  
V. Confirma hoc Deus, quod operatus es nobis.  
//75// R. A templo sancto tuo, quod est in Jerusalem.  
V. Salvum fac servum tuum.  
R. Deus meus, sperantem in te,  
V. Esto ei, Domine, turris fortitudinis.  
R. A facie inimici.  
V. Nihil proficiat inimicus in eo.  
R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.  
V. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix.  
R. Ut digni efficiamur promissionibus *etc.*  
V. Dominus vobiscum  
R. Et cum spiritu tuo.

---

<sup>35</sup> magnificentissimumque

<sup>36</sup> Kyrie eleyson, Christe eleyson, Kyrie eleyson



***Oremus***

Deus, qui diligentibus Te facis cuncta prodesse, da cordibus nostris inviolabilem Tuae charitatis affectum, ut desideria de Tua inspiratione concepta, nulla possint tentatione mutari.

Defende, quaesumus [Domine], beata Maria //75// semper Vigine intercedente, istam ab omni adversitate familiam ex toto corde Tibi prostratam, ab hostium propitius tuere clementer insidiis.

Protege, Domine, populum Tuum et Apostolorum Petri et Pauli, et aliorum Apostolorum patrocinio confidentem, perpetua defensione, conserva.

Sanctissimae Genitricis Tuae Sponsi, quaesumus Domine, meritis adjuvemur, ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus nobis intercessione donetur.

Deus, qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas, concede propitius, ut a quibus Tibi ministrantibus in coelo semper assistitur, ab his in terra vita nostra muniatur. Per Christum Dominum Nostrum. Amen.

V. Domine, exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad Te veniat.

//77// V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

***Oremus***

Omnipotens et misericors Deus, de cujus munere venit, ut Tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter serviatur, tribue, quaesumus, ut ad promissiones tuas sine offensione curremur<sup>37</sup>. Per Christum Dominum Nostrum. R. Amen.

*Novitius interim sequentem orationem ante effigiem B. V. Mariae recitabit.*

Sub finem itaque, en me prostratum ad pedes tuos, o Virgo Sanctissima, Virgo immaculata, et Mater mea Maria; Deo et Tibi sempiternas redditurus sum gratias; praeterquam enim quod tu sola fallacis hujus saeculi laqueis me subtraxeris, e medio gulae inferni me eri- //78// pueris, etiam et in istam Venerabilem Congregationem me indignum vocare non renuisti, ubi singulari quodam devotionis affectu tuum Sanctum Nomen invocatur Filiique tui Iesu Christi vita indesinenti cooperatione pro norma et exemplari habetur. Suscipe igitur, Mater purissima, has imbecilles gratitudinis meae primitias, dum mundo renunciatis, Deo et tibi servire aggredior. Suscipe, Mater pulchrae dilectionis, me in servum et mancipium tuum perpetuum; atque non dedignare ut inter tot tuos filios dilectos, ego quoque misellus tibi serviam. Tu post Deum unicum meum eris refugium, mea spes unica, unicus amor meus, ad te recurram in omni necessitate, in omni tribulatione mea, tuum solius erit me afflictum

---

<sup>37</sup> curramus

//79// solari, me desolatum protegere, tu sola mihi eris magistra; tu dux et advocata mea eris, o Maria, in hocce anno tyrocinii mei, nolo in lucta cum carne et daemone, in tristitia et taediis mihi obventuris, ut alius me confortet praeterquam Deus, et Tu Virginum Sanctissima, tu me diriges in via salutis, tu me instrues et illuminabis mentem meam. Maria! per te spero gratiam finalem, et donum perseverandi in vocatione a Iesu Christo me obtenturum, puro tibi serviendi amore, totius mundi omnibus bonis sponte renuntio; et si plura possiderem, omnia derelinquere paratus, dummodo Iesu meo et tibi, Virgo Mater, placeam.

Regnum meum in hac vita erit Iesus meus, et tibi, pulcherrima Virginum, dicata, cui servire regnare est, tu igitur, Mater perseverantiae, //80// impetra mihi ut fidelis tibi permaneam, donec vixero. Spero itaque per te omnia me obtenturum; et spero etiam quondam certo illuc me venturum ubi tu regnas, ibi te [in] aeternum benedicam nunquam amplius a pedibus tuis sanctissimis discessurus. Iesu et Maria amores mei dulcissimi! Pro vobis patiar! Pro vobis moriar! Sim totus vester, sim nihil meus. Amen.

***Te Deum laudamus***

*choro prosequente*

V. Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto Spiritu.

R. Laudemus et superexaltemus eum in saecula.

V. Benedictus es Dominus in firmamento coeli.

R. Et laudabilis et gloriosus in saecula.

//81// V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad Te *etc.*

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

***Oremus***

Deus, cujus misericordiae non est numerus, et bonitatis infinitus est thesaurus; piissimae Majestati Tuae pro collatis donis gratias agimus, Tuam semper clementiam exorantes, ut, qui petentibus postulata concedis, eosdem non deserens, ad praemia futura disponas.

Odorem, Domine, sacrificii hujus cum gratiarum actionibus suscipe, et praesta, ut quos audire et incolumes servare dignatus es, ab omni in posterum adversitate custodias, ut in tuo servitio et amore concrecant.

Deus, qui neminem in Te sperantem, //81// inimicum<sup>38</sup> affligi permittis, sed pium praecibus praestas auditum; pro postulationibus nostris, votisque susceptis gratias agimus, Te piissime deprecantes, ut a cunctis eripi mereamur adversis. Per eundem Christum Dominum Nostrum. Amen.

---

<sup>38</sup> nimium

*His terminatis, omnes genu flectent, Superior vero dicit.*

Agimus Tibi gratias, omnipotens sempiterne Deus, pro universis beneficiis Tuis, qui vivis et regnas in saecula saeculorum. R. Amen.

Pater noster, et Ave Maria, *pro imploranda gratia perseverantiae pro Novitio.*

//83//

### **Ritus pro Oblatione**

Uniti omnes enim<sup>39</sup> fuerint in Capella Novitiatu vel in choro, et Novitius flecterit ante altare, reliqui autem in duos choros divisi ex partibus seu lateribus Altaris pariter flexerint, R. P. Superior, vestitus superpelliceo cum stola, incipiet.

**R.** Veni Sancte Spiritus, reple tuorum Corda Fidelium et tui amoris in eis ignem accende.

**V.** Emitte Spiritum tuum, *etc.*

**R.** Et renovabis faciem terrae.

**Oremus**

Deus qui Corda Fidelium *etc.*

R. Amen.

//84// Nunc omnes surgunt de terra, et solum illi manent flectentes, qui vota emittere debebunt.

**Psalmus**

Dominus regit me, et nihil mihi dederit; in loco pascuae ibi me collocavit.

Super aquam refectionis educavit me; animam meam convertit.

Deduxit me super semitas justitiae; propter nomen suum.

Nam et si ambulavero in medio umbrae mortis; non timebo mala quoniam tu mecum es.

Virga tua, et baculus tuus; ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam; adversus eos qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum; et calix meus inebrians, quam praeclarus est.

Et misericordia tua subsequetur //85// me; omnibus diebus vitae meae.

Et ut inhabitem in Domo Domini; in longitudinem dierum.

Gloria Patri et Filio *etc.*

**Psalmus**

Quam bonus Israel Deus; his qui recto sunt corde.

Laetetur cor quaerentium Dominum; bonus est Dominus animae quaerenti illum.

---

<sup>39</sup> cum

Filii tui sicut novellae olivarum; in circuitu mensae tuae.

Beati qui habitant in domo tua, Domine; in saecula saeculorum laudabunt te.

Melior est dies una in atriis tuis; super milia.

Filii autem hominum; in tegmine alarum tuarum sperabunt.

Inebriabuntur ab ubertate domus tuae; et torrente voluptatis tuae potabis eos.

Memores erunt nominis tui; in omni //86// generatione et generationem.

Afferentur in laetitia et exultatione; ad ducente<sup>40</sup> in templum Regis.

Etenim benedictionem dabit Legislator, ibunt de virtute in virtutem; videbitur Deus Deorum in Sion.

Gloria Patri et Filio *etc.*

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad Te *etc.*

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

### ***Oremus***

Domine Deus noster, qui superbiam excidis, diabolique seditionem inanem reddis, quique humilitatis gloriam super sanctorum tuorum capita effundis, et immarcescibili corona eos exornas, atque per arduam et angustam salutis viam eos perducis, per quam sancti Patres //87// ingressi, quietis sedes sunt adepti.

Tu Domine omnipotens, Tuam virtutem, Tuaeque divinitatis gratiam largire super animam et corpus hujus famuli Tui, qui tuo conspectui se praesentat, et Tuum jugum excipit; ipsique, benignissime Domine, praesta ut totis viribus ac toto corde a quocunque mundano, terrenoque fastu recedat, quo juxta Evangelium Tuum degens, vitam sortiatur aeternam, bonaque iis qui Tibi placuerunt, promissa percipiat. Per Christum Dominum Nostrum. R. Amen.

### ***Oremus***

Largire quaesumus, Domine, semper spiritum cogitandi quae recta sunt, propitius et agendi, ut qui sine Te esse non possumus, secundum Te vivere valeamus. Per Dominum Nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum vivit et regnat in saecula. Sae[culorum]. Amen.

### ***//88// Psalmus.***

Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum; concupiscit et deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum et caro mea; exaltaverunt in Deum vivum.

Etenim passer inveniet sibi domum, et turtur nidum suum; ubi ponat

---

<sup>40</sup> adducentur

pullos suos.

Atria tua Domine virtutum; Rex meus et Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua, Domine; et in saecula saeculorum laudabunt Te.

Beatus vir cujus est auxilium abs te; ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacrymarum, in loco quem posuit

Et enim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem; videbitur Deus Deorum in Sion.

//89// Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam; auribus percipe Deus Iacob.

Protector noster aspice Deus; et respice in faciem Christi tui.

Quia melior est dies una in atriis tuis; super milia.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei; magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam et veritatem diligit Deus; gratiam et gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos qui ambulant in innocentia; Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

Gloria Patri et Filio *etc.*

**V.** Domine exaudi orationem meam.

**R.** Et clamor meus ad te veniat.

**V.** Dominus vobiscum.

**R.** Et cum spiritu tuo.

//90// **Oremus**

Esto, Domine, propitius famulo Tuo, et quem facis Tibi devotum, benigne refove misertus auxilio, ut illustratus lumine claritatis Tuae, videre possit quae agere intendit, et uti recte perficere valeat. Per Dominum Nostrum Jesum Christum. **R.** Amen.

*Finita hac oratione, incipit superior Missam. Post Evangelium descendit Superior, et incipit sequentem hymnum, tempore quo hymnus alternatim recitatur; Novitius vota emissurus ante aram humi prostratus jacet.*

### **Hymnus**

*ad quem omnes genu flectunt.*

Veni Creator Spiritus, *etc.*

//91// *cum versiculo et oratione; dicto oremus, Novitius assurgit humo, et flectens expectat finem orationis, qua finita, accedit ad Superiorem, sedentem in cornu Evangelii, ibique in gradu secundo flectens, ad verba Superioris, qui tenet librum Evangeliorum in sinu, et dicit:*

Immola Deo sacrificium laudis, et redde Altissimo vota tua, interea ego illa auctoritate P. Generalis et totius Congregationis accepto.

*Dicit Novitius:*

Vota mea reddam Domino, in conspectu oculi ejus, in atriis domus Domini.

*Et facit Professionem.*

Ego *Josephus Glogowski, Natione Polonus, Patria Varsoviens*, hac die //92// Mensis Anno aerae Christianae hora in conspectu totius curiae coelestis, et ad pedes hujus sacri altaris, sponte et voluntarie, seu plena voluntate, renuncio mundo et omnibus bonis et divitiis ejus, uti etiam propriae voluntati meae, et hinc amore Iesu Christi Deo meo optimo maximo voveo Castitatem, Paupertatem et Obedientiam, juxta Regulam, Constitutiones et privilegia hujus Congregationis Sanctissimi Redemptoris, voveo insuper et juro me velle in hac venerabili Congregatione perseverare usque ad mortem.

Sic me Deus adjuvet et haec S[ancta] Evan[gelia].

N. N. *subscribit se Novitius propria manu supra Altare ita.*

N.N. ratifico ut supra.

N.N. testes

N.N. testes

Terminata oblatione omnes assurgendo dicunt.

//93// ***Psalmus***

Occurrite Angeli Domini, suscipientes animam ejus, offerentes in conspectu Altissimi.

Suscipiat te Christus qui dilexit te; redemit te, et vocavit te.

Suscipe servum tuum in bonum; fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam.

Immola Deo sacrificium Laudis; et redde Altissimo vota tua.

Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion; dominare in medio inimicorum tuorum.

O Domine quia ego servus tuus; ego servus tuus et filius ancillae suae.

Diripuisti vincula mea; tibi sacrificabo hostiam laudis tuae, et nomen Domini invocabo.

Quid retribuam Domino; pro omnibus quae retribuit mihi?

Vota mea Domino reddam in con- //94// spectu omnis populi ejus; in atriis domus Domini, in medio tui Jerusalem.

Reddam tibi vota mea; quae distinxerunt labia mea.

Gloria Patri et Filio *etc.*

V. Oblatus est qua ipse voluit

R. Et non aperuit os suum.

V. Dominus vobiscum

R. Et cum spiritu tuo.

***Oremus***

Inclina, Domine, aurem tuam ad praeces nostras, quibus misericordiam tuam suppliciter deprecamus, ut qui hunc famulum tuum de saeculo migrare

jussisti, in pacis et lucis regione constituas, et sanctorum tuorum jubeas esse consortem, per Christum Dominum nostrum. Amen.

*Superior sedens dicit ad Clericum jam professum.*

Fili! Messis quidem multa, ope- //95// rarii autem pauci, verba haec sunt tui Redemptoris. Vis ergo ad tanti Magistri tui imitationem et tu in animarum salutem dicare?

*Respondet Clericus*

Quae Christus egit, considero quae acturus sum ego, et ad quae impellor, ex me quidem nihil valeo; attamen gratiam Christi quam spero, assecutus, dicam cum eo pro viribus: quomodo coarctor, usque dum perficiatur.

*Superior dicit, porrigendo ei biretum.*

Accipe igitur signum sacerdotale, cum quo recorderis te ad hoc ex hominibus fuisse assumptum, Sacerdotali unctione liniendum, ad hanc Congregationem vocatum. Studeas ergo tali munere satisfacere, peccatoribus insta, increpa, obsecra, in patientia et sana doctrina, continuo //96// in tua memoria revolvens verba Redemptoris animas a se redemptas tuae curae comittentis.

*Pasce oves meas, et sic ad omnia quo mittam ibis.*

*Respondet Clericus.*

Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum, ut faciam, Deus, voluntatem Tuam.

***Psalmus.***

Beatus quem elegisti et assumpsisti; inhabitabit in atriis tuis.  
Dominus illuminatio mea, et salus mea; quem timebo?  
Quoniam abscondis me in tabernaculo tuo; in die malorum protexisti me.  
Circuivi, et immolavi in tabernaculo ejus hostiam vociferationis; cantabo et psalmum dicam Domino.

Quoniam pater et mater dereliquerunt me; Dominus autem assumpsit me.

//97// Haec est requies mea; hic habitatio, quoniam elegi eum.

Elegi abjectus esse in domo Dei mei; magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Credo videre bona Domini; in terra viventium.

Invoca me in die tribulationis; eruam te, et honorificabis me.

Adjutor et susceptor meus es tu; et in verbum tuum superperavi.

Suscipe me secundum eloquium tuum et vivam; et non confundar me ab expectatione mea.

Sub umbra alarum tuarum protege me; ut pupillam oculi.

Expecta Dominum, viriliter age; confortetur cor tuum, et sustine Dominum.

Laudans invocabo Dominum; et ab inimicis meis salvus ero.

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto *etc.*

//98// V. Salvum fac servum tuum, Domine.

R. Deus meus sperantem in te.

V. Mitte ei, Domine, auxilium de S[anc]to.

R. Et de Sion tuere eum.

V. Nihil proficiat inimicus in eo.

R. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

V. Esto ei Domine turris fortitudinis.

R. A facie inimici.

V. Domine exaudi orationem me[am].

R. Et clamor meus ad Te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum Spiritu tuo.

***Oremus***

Omnipotens sempiterne Deus, qui humanae naturae fragilitatem agnoscis, respice quaesumus super hunc famulum tuum N.N. et larga tuae benedictionis abundantia imbecillitatem ejus roborare digneris, ut promissa, vota, et //99// juramentum, quae praeveniundo aspirasti, per auxilium gratiae tuae, sancte, pie ac religiose vivendo valeat viliganter observare, et observando vitam promereri sempiternam. Per Dominum Nostrum Iesum Christum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. R. Amen.

***Finis Oblationis.***

**Praeces matutinae  
ante meditationem.**

Veni Sancte Spiritus, reple tuorum Corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende.

V. Emitte Spiritum tuum *etc.*

R. Et renovabis faciem terrae.

//100// ***Oremus***

Deus qui corda fidelium *etc.*

***Antifona.***

Angeli et Archangeli, Throni, et Dominationes, Principatus et Potestates, Virtutes coelorum, Cherubin, et Seraphin, Patriarchae et Prophetae, sancti Legis Doctores, Apostoli, omnes Christi Martyres, sancti confessores, Virgenes Domini, Anchoretiae, sanctique omnes intercedite pro nobis.

V. Exultabunt sancti in gloria.

R. Et laetabuntur in cubilibus suis.



***Oremus***

Protege, Domine, populum Tuum et Apostolorum tuorum, Petri et Pauli, et aliorum Apostolorum perpetua defensione conserva. Omnes sancti Tui quaesumus, Domine, nos ubique adjuvent, ut dum eorum merita recollimus, patrocinia sentiamus; et pacem Tuam nos- //101// tris concede temporibus, et ab Ecclesia Tua cunctam repelle nequitiam. Iter, actus, et voluntates nostras, et omnium famulorum Tuorum in tua prosperitate dispone, benefactoribus nostris, sempiterna bona retribue, et omnibus, fidelibus defunctis requiem aeternam concede. Per Christum Dominum Nostrum. Amen.

***Post Meditationem***

Salve Regina *etc.*

Princeps gloriosissime Michael archangel, esto memor nostri, hic et ubique semper praecare pro nobis Filium Dei.

**V.** In conspectu Angelorum psallam tibi, Deus meus.

**R.** Adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini Tuo.

//102// ***Oremus***

Deus qui miro ordine Angelorum ministeria hominumque dispensas, concede propitius, ut a quibus Tibi ministrantibus in coelo semper assistitur, ab iis in terra vita nostra muniatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Pater et Ave in honorem sanctorum Apostolorum et Protectorum pro conversione peccatorum.

*Ante Prandium*

Veni Sancte Spiritus *etc.*

***Oremus***

Deus qui corda fidelium *etc.*

Ave Maria gratia *etc.*

*Examen Conscientiae.*

Litania Lauretana.

**V.** Ora pro nobis Sancta Dei *etc.*

**R.** Ut digni efficiamur *etc.*

//103// ***Oremus***

Concede famulos Tuos quaesumus, Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere et gloriosae Beatae Mariae semper Virginis intercessione a praesenti liberari tristitia et aeterna perfrui laetitia. Per Christum Dominum Nostrum. Amen

*Post Prandium*

Te Deum laudamus *etc.*

De profundis clamavi ad Te *etc.*

V. Requiem aeternam dona *etc.*

R. Et lux perpetua luceat eis.

V. Requiescant in pace.

R. Amen.

V. Domine exaudi orationem

R. Et clamor meus ad Te veniat

V. Dominus vobiscum

R. Et con spiritu tuo.

**Oremus**

Deus unite<sup>41</sup> largitor et humanae //104// substantiae<sup>42</sup> salutis amator, quaesumus clementiam Tuam, ut nostrae Congregationis fratres, propinquos, et benefactores, qui ex hoc saeculo transierunt, Beata Maria semper Virgine intercedente, cum omnibus Sanctis Tuis ad perpetuae beatitudinis Consortium pervenire concedas.

Fidelium Deus omnium conditor et Redemptor, animabus famulorum famularumque Tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum, ut indulgentiam, quam semper obtaverunt, piis supplicationibus consequantur. Per Christum Dominum Nostrum. Amen.

V. Requiem aeternam *etc.*

R. Et lux perpetua luceat eis.

V. Requiescant in pace

R. Amen.

Fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen.

//105// *Postea dicitur Psalmus* Ut quid Deus repulisti me, *vel aliquod canticum, et diebus recreationis tantum dicitur:* Te Deum laudamus. Pater et Ave Maria.

*Post coenam etiam hoc ipsum.*

**Praeces Vespertinae.**

Veni Creator Spiritus *etc.*

V. Emitte Spiritum tuum *etc.*

R. Et renovabis faciem terrae.

**Oremus**

Deus qui corda fidelium *etc.*

*Hebdomadarius.*

Gratias Domino Deo agamus pro omnibus beneficiis nobis concessis, praesertim quod nobis Iesum Christum et Mariam sanctissimam donare

---

<sup>41</sup> veniae

<sup>42</sup> dele: substantiae

dignatus est, et quia in hocce institutum nos vocavit.

*Post pausam.*

//106// Reflectamus in conscientiam nostram et examinemus omnes defectus hodie commissos veniam a Deo flagitantes.

*Pausa*

*Dato signo a Superiore incipiunt omnes lente corde et ore sequentes actus.*

**Fides**

Deus mi! Sapientia et veritas infallibilis! Ego credo omnia, quae sancta mihi proponit Ecclesia credenda; quia Tu ei haec revelasti, et verax es. Credo te esse meum Deum, Creatorem universi, remuneratorem bonorum, per beatitudinem aeternam, et justissimum vindicem malorum per inferni et purgatorii poenas. Credo Te esse unum in essentia et trinum in personis; nempe: Patrem, Filium et Spiritum Sanctum. Credo Incarnationem, Passionem et mortem //107// Iesu Christi. Credo quae Iesus Christus docuit, et quae sancti praedixerunt Apostoli. Credo tandem omnia haec, quae Sancta Romana credit, tenet et profitetur Ecclesia. Et in hac fide protestor me vivere et mori velle. Deus mi adauge fidem meam.

**Spes**

Deus mi! Ego confisus in promissionibus tuis, quia Tu potens, bonus, fidelis et misericors es. Spero quod per merita Iesu Christi mihi peccata mea remittes, quo ad culpam et quo ad poenam. Spero quod mihi dabis gratiam, qua omnia praecepta tua servare valeam. Spero post hanc vitam, quod mihi dabis in coelo beatitudinem aeternam.

Et haec omnia ideo a Te me consecuturum spero, quia Tu mihi ea promisisti, qui in promissis tuis fidelis et infinite misericors Deus es. Deus mi, conforta hanc spem meam.

//108// **Charitas et Contritio.**

Quia credo, mi Deus, Te esse summum et infinitum bonum, infinito etiam amore dignum, ideo Te amo super omnia, ex toto corde meo, ex tota anima mea, et ex totis viribus meis. Et propter amorem Tui, amo etiam proximum meum, sicut me ipsum; et doleo ex toto corde meo quod divinam Majestatem Tuam vel laevissimo peccato unquam offenderim, quae mihi super omnia displicent.

Propono firmissime, me potius millies mori velle quam Bonitatem Tuam amplius offendere. Propono etiam suscipere sancta Sacramenta in vita et in morte.

***Litaniae Lauretanae.***

Antiph[ona]:

Sub tuum praesidium *etc.*

V. Ora pro nobis Sancta Dei *etc.*

R. Ut digni efficiamur *etc.*

//109// **Oremus**

Concede nos famulos Tuos, quaesumus Domine Deus, perpetua mentis et corporis sanitate gaudere, et gloriosa Beatae Mariae semper Virginis intercessione, a praesenti liberari tristitia, et aeterna perfrui laetitia. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Antiph[ona]: Salve Regina *etc.*

V. Ora pro nobis sancta *etc.*

R. Ut digni *etc.*

**Oremus**

Defende quaesumus Domine, Beata Maria semper Virgine intercedente, istam ab omni adversitate familiam, et Tibi toto corde prostratam ab hostium propitius tuere clementer insidiis. Per Christum Dominum Nostrum. Amen.

*Interea dat Superior aspersionem cum aqua lustrali.*

Pro gratiae perseverantiae. Salve Regina *etc.*

## //110// Pro animabus peccantibus et derelictis: Ave Maria.

Pro necessitatibus nostrorum Collegiorum, praesertim hujus. Ave Maria.

Pro nostris Superioribus, et pro felici exitu nostrorum negotiorum de quibus tractatur: Ave Maria.

In honorem SS. Joseph, Joannis Nepomuceni et Cajetani, pro S. Providentia: Ter Gloria Patri.

In honorem SS. Aloysii et Stanislai Kostka: Ter Gloria Patri.

In honorem SS. Tutelarium et protectorum nostrae Congregationis: Ter Gloria Patri et Filio.

*Deinde prosequatur Hebdomadarius clara et distincta voce enunciare applicatio[nem] fructuum Orationum, SS. Communionum, Mortificationum, laborum et occupationum in diem subsequentem, dicendo:*

Omnes orationes, Communiones, mortificationes, labores, et occupationes crastina die applicabuntur:

## //111//

Die Dominico.

Pro exaltatione Sanctae Matris Ecclesiae, pro Summo Pontifice, pro Antistite nostro, pro omnibus Praelatis Ecclesiae, et pro principibus regnantibus.

Die Luna[e].

Pro peccatoribus, haereticis, schismaticis, pro conversione paganorum et judeorum, ut Dominus illuminare dignetur has miseras gentes.

Die Martis.

Pro omnibus Religiosis utriusque sexus, rogando Deum, Spiritum eis infundere velit, quo vivant juxta vocationem sui.

Die Mercurii.

Pro omnibus operariis Vineae Domini; pro omnibus patribus et matribus familiae, obsecrando Deum, ut primis det Spiritum Apostolicum, his vero

Spiritum educandi proles suas in sancto amore et timore Domini.

//112// Die Jovis.

Pro omnibus innocentibus et poenitentibus; pro infantibus adhuc in sinu matrum jacentibus; pro animabus in igne purgante existentibus; et pro agonizantibus.

Die Veneris.

Pro obtinendo incremento Spiritus Instituti nostri, et pro Communitatis nostrae prosperitate spirituali et temporali.

Die Sabbato.

Pro omnibus devotis Beatissimae, pro omnibus benefactoribus spiritualibus, et pro omnibus conjunctis Patrum et Fratrum nostri Instituti.

*Finita hac applicatione indicatur ab Hebdomadario punctum Meditationis in diem crastinum, ut omnes praeparare se possint. Postea prostrati humi omnes orabunt sequentia.*

1°-Quinque Pater et Ave.

2°-Laudes Sanctissimae Trinitatis et gratiarum actione pro creatione Beatae Virginis et salutationem Beatissimae Virginis Mariae.

//113// 3°-Quinque Psalmos. 1. Miserere mei Deus: 2. In te Domine speravi: 3. De profundis: 4. Laudate pueri Dominum: 5. Laudate Dominum omnes gentes. Et Psalmus 90mus; et affectus ad Iesum.

***Psalmus 90mus***

Qui habitat in adjutorio Altissimi; in protectione Dei coeli commorabitur. Dicit Dominus<sup>43</sup>: susceptor meus es tu et refugium meum; Deus meus, sperabo in eum.

Quoniam ipse liberavit me de laqueo venantium; et a verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi; et sub pennis ejus sperabis.

Scuto circumdabit te veritas ejus; non timebis a timore nocturno.

A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris; ab incursu et daemone meridiano.

Cadent a latere tuo mille, et decem //114// millia a dextris tuis; ad Te autem non appropinquabit.

Verumtamen oculis tuis considerabi; et retributionem peccatorum videbis.

Quoniam Tu es, Domine, spes mea; altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedat ad te malum; et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam Angelis suis mandavit de te; ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem et basiliscum ambulabis: et conculcabis Leonem et

---

<sup>43</sup> Domino

Draconem.

Quoniam in me speravit, liberabo eum; protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.

//115// Clamabit ad me, et ego exaudiam eum; cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, et glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum; et ostendam illi salutare meum.

Gloria Patri et Filio *etc.*

*Si est autem Expositio dicitur sequens affectus et oratio:*

Quid mihi est in coelo, et a Te quid volui super terram? Deus cordis mei et pars mea Deus in aeternum.

Iesu me tibi totum dono, Te solum, et nihil amplius volo.

Ter Pater et Ave.

Succurre summo Pontifice nostro, cunctisque Praelatis et Presbyteris. Dissipa consilia impiorum, ne quidquam Ecclesiae Tuae, Regno huic et propagationi gloriae tuae officiant. Da huic Congregationi ad quam me vocare dignatus es, bona spiritualia et temporalia. Da Superioribus omnibus zelum disciplinae, subditis obedientiam. Succurre omnibus afflictis, pauperibus, aegrotis, agonizantibus, tentatis, incarceratis, et universo omnium statuum populo tuo. Succurre animabus purgatorii, ut refugium, quietem, et lucem aeternam obtineant.

*Finitis orationibus est Benedictio; post benedictionem sequens oratio ad Beatissimam.*

Sanctissima Virgo immaculata et Mater mea Maria. Ad Te, Mater Domini mei, Regina mundi, advocata, spes, et refugium peccatorum, Ego miserrimus omnium hodie confugio. Te, o magna Regina, omni quo par //117// sum religionis et reverentiae affectu veneror. Tibi gratias ago pro omnibus beneficiis mihi hucusque praestitistis; praesertim quia me ab inferno, quem toties promeritus sum, liberavisti. Amo Te, o Domina, omni amore dignissima! Et hoc Tui amore ductus promitto me Tibi semper servitutum, et quantum possum facturum ut etiam alii Tibi serviant. In te post Deum omnem spem, totamque salutem meam repono. Suscipe me in servum tuum, et me tuere brachio protectionis Tuae, o Mater misericordiae et quia apud Deum tam potens es, fac sim liber ab omni tentatione, aut saltem vires mihi impetra illas vincendi quo usque vixero. A te postulo verum erga Jesum //118// Christum amorem. A te spero beatam mortem me obtenturum, o Mater mea! per tuum erga Deum amorem, adjuro Te ut mihi semper assistas, praecipue tamen extremo vitae meae momento. Ne, quaeso, derelinquas me, donec salvum me videas, benedicentem Te in coelo et misericordias tuas in aeternum cantantem. Amen. Ita spero sic fiat.

*Hac finita postea singuli petent Benedictionem a Superiore, et cantabunt aliquod canticum.*

*Die Luna, Die Mercurii, dieque Veneris est disciplina, et haec durabit per spatium psalmodum: Miserere mei Deus, etc., In Te Domine speravi, etc., De profundis, etc., Salve Regina, et sequentes Orationes:*

**Praeces pro disciplina:**

*Hebdomadarius incipit:*

//119//

Veni Sancte Spiritus *etc.*

V. Emitte Spiritum *etc.*

R. Et renovabis faciem terrae.

**Oremus**

Deus qui corda fidelium *etc.*

*Prosequitur Hebdomadarius solus:*

Recordemini, fratres charissimi, quod Dominus noster Iesus Christus fuerit pro nobis venditus, a Iuda traditore osculo traditus, ad Annam primum, deinde ad Pontificem Caiphan ductus, postremum ad praetorium Pilati, ubi fuit ad columnam ligatus et flagellatus, spinea coronea coronatus, veste purpurea circumdatus, alapis percussus atque consputus, a Iudeis traditus ut crucifigeretur; et cum eo crucifixi sunt duo latrones, unus ad dextram, et ad sinistram alter. Et cum dixisset //120// Iesus: Sitio, dederunt ei acetum cum felle mixtum: et cum gustasset dixit: Consumatum est. Et inclinato capite emisit spiritum. – Tu autem Domine miserere nobis.

R. Deo gratias.

Fratres! Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, et pereamus de via justa.

*His dictis inchoantur Psalmi: Miserere etc. etc., et disciplina; finitis Psalmis: Salve Regina etc. Deinde:*

V. Ora pro nobis Sancta Dei *etc.*

R. Ut digni efficiamur *etc.*

V. Domine exaudi orationem *etc.*

R. Et clamor meus ad Te veniat.

V. Dominus vobiscum

R. Et cum spiritu tuo.

//121// **Oremus**

Omnipotens sempiternus Deus, qui gloriosae Virginis Matris Mariae corpus et animam, ut dignum Filii tui habitaculum effici mereretur, Spiritu Sancto cooperante praeparasti; da ut cujus commemoratione laetamur, ejus pia intercessione ab instantibus malis et a morte perpetua liberemur; per eundem Dominum Nostrum Iesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat *etc.* Amen.

**Oremus**

Deus qui culpa offenderis poenitentia placaris, praeces populi Tui supplicantis propitius respice, et flagella tuae iracundiae, quae pro peccatis nostris meremur averte.

Deus qui diligentibus Te bona invisibilia praestas, infunde cordibus nostris, Tui amoris affectum, //122// ut Te in omnibus et super omnia diligamus.

Protege Domine Populum Tuum, et Apostolorum Tuorum Petri et Pauli et aliorum Apostolorum patrocinio confidentem, perpetua defensione conserva.

Fidelium omnium Conditor et Redemptor, animabus famulorum famularumque Tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur.

Deus a quo sancta desideria, recta consilia et justa sunt opera, da servis Tuis illam, quam mundus dare non potest pacem, ut et corda nostra mandatis Tuis dedita, et hostium sublata formidine, tempora sint Tua protectione tranquilla. Per Christum Dominum Nostrum. **R. Amen.**

//123// *Hic finit disciplina, et subito, praedicente Hebdomadario, repetit communitas singulos Versus sequentes.*

Anima Christi Sanctissima, sanctifica me. Corpus Christi Sacratissimum, custodi me. Sanguis Christi praetiosissima, inebria me. Aqua lateris Christi purissima, lava me. Passio Christi amarissima, conforta me. O bone Iesu, exaudi me. Intra vulnera Tua absconde me. Et ne permittas me separari a Te. Ab hoste maligno defende me. In hora mortis meae voca me. Et jube me venire ad Te, Ut cum Sanctis Tuis collaudem Te, In saecula saeculorum. Amen.

*Canticum Simeonis Luc. 1. alternatim.*

Nunc dimitis *etc.* **R.** Quia viderunt *etc.* Gloria Patri et Filio *etc.*

**V.** Nos cum pro *etc.* **R.** Benedicat nos Virgo *etc.*

Hac finita, quisque poterit se recipere in cubiculum suum. Dato deinde post mediam horam signo, nullus ultra se detinet in Ecclesia, Choro, aut oratorio privato, nisi cum expressa Superiori licentia. Finis: A.V.

//124// ARTICULUS primus.

**De Praxi virtutum et S[ancti]s Protectoribus.**

Vult Regula, ut quovis Mensium virtus aliqua pro scopo sumatur in particulari, ad acquirendam majorem alacritatem et facultatem ampliorem in exercitio ejusdem, et ad instituenda cum majori efficacia circa illam examina particularia, et consuetos Conventus spirituales. In hunc itaque finem Superioris erit ut singulis mensibus conspectui omnium in scriptis exponatur Virtus et S[anctus] Protector. Sic igitur erunt:



**Mense Januario:**

Virtus: Fidei

Protectores S[ancti] Apostoli Petrus et Paulus.

Textus Scripturae: Ego sum lux mundi. Joan. C. 8. v. 12.

//125// **Februario:**

Virtus: Spes

Pro[te]ctor]: S. Andreas A[postolus].

Text[us] Scr[ipturae]: Quoniam in me speravit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognovit nomen meum. Psalm. 90. v. 14.

**Martio**

Virtus: Charitas Dei.

Protector: S. Iacobus major Apos[tolus].

Text[us] Scr[ipturae]: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota virtute tua. Marcus C. 12. v. 30.

**April[e]**

Virtus: Charitas Proximi.

Protector S. Joannes Apostolus.

Text[us] Scr[ipturae]: Hoc est praeceptum meum ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat pro amicis suis. Joan. C. 15. v. 3.

//126// **Mense Majo.**

Virtus: Paupertas.

Protector: S. Thomas Apostolus

Text[us] Scr[ipturae]: Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum coelorum. Math. C. 5.v.3.

**Junio**

Virtus: Puritas cordis.

Protector: S. Iacobus minor Apost[tolus].

Text[us] Scr[ipturae]: Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Math. Ca. 5.v.8.

**Julio.**

Virtus: Obedientia.

Protector: S. Philipus Apost[tolus].

Text[us] Scr[ipturae]: Vos amici mei estis, si feceritis, quae ego praecipio vobis. Johan: C. 15. v. 14.

**Augustus.**

Virtus: Mansuetudo et humilitas cordis.

Protector: S. Bartolomaeus Apost[tolus].

Text[us] Scr[ipturae]: Discite a me quia mitis sum, et humilis corde. Math. C. 11. v. 29.

//127// **September.**

Virtus: Mortificatio.

Protector: S. Mathaeus Ap. et Evan.

Text[us] Scr[ipturae]: Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam

aeternam custodit eam. Joan. C. 12. v.25.

**October.**

Vir[tus]: Collectio mentis et silentium

Protector: S. Simon Apost[olus].

Text[us] Scr[ipturae]: Dimissa turba, ascendit Iesus in montem solus orare. Math. C. 14. v. 23.

**November.**

Virtus: Oratio

Protector: S. Thaddaeus Apost[olus].

Text[us] Scr[ipturae]: Oportet semper orare, et nunquam deficere. Luc. C. 16. v.1.

**December.**

Vir[tus]: Abnegatio sui ipsius et amor Crucis.

Protector: S. Mathias Apost[olus].

Text[us] Scr[ipturae]: Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Math. C. 16. 54.

Amen.

//128//

**Septem dona S[ancti] Spiritus**

1°-Veniat, obsecro in me Spiritus sapientiae, quo divina et aeterna profunde contempler, et secundum ea de omnibus recte discernam et iudicem.

2°-Descendat in me Spiritus scientiae, quo temporalia, et modum illis bene ad salutem utendi, cognoscam.

3°-Requiescat in me Spiritus intellectus, quo obscura intelligam, et Divinarum tuarum scripturarum mihi sensu aperiatur.

4°-Habetet in me Spiritus consilii, quo omnes meas et proximorum actiones honeste dirigam.

5°-Irruat in me Spiritus fortitudinis, quo adversa quaevis, propter te Deum meum libenter sustineam.

6°-Regnet in me Spiritus pietatis, quo te Deum meum ut summam parentum summa cum reverentia colam; proximis vero tanquam fratribus omnem aequitatem et benevolentiam unius Dei, communis Parentis, causa exhibeam.

//129// 7°-Denique confige timore tuo carnes meas et confirmet me Spiritus timoris Domini, non servi[tu]tis, omnium virtutum fons, et \*duces, ut Spiritu sancto repletus sacerdotalia munia deinceps sanctius peragam, semper ex Spiritu agam, ex Spiritu loquar magnalia Dei.

//130//

**Variae Litaniae**

**Litaniae**

**Sacratissimi Cordis Iesu**

Kyrie eleyson – Chryste eleyson - Kyrie eleyson

Iesu audi nos – Iesu exaudi nos.

Pater de coelis Deus

Fili Redemptor mundi Deus

Spiritus Sancte Deus

Sancta Trinitas unus Deus

**Cor Iesu:**

In sinu Mariae Virginis formatum *Amore quo ardes, inflamma cor nostrum*

Filio Dei hypostatice unitum

Divinitatis Sanctuarium

Summae Trinitatis Templum

Sanctitatis Tabernaculum

Fons omnium gratiarum

Fons aquae salientis in vitam aeternam

Omnium virtutum abyssus

Bonitatis oceanus

Origo contritionis

Fornax amoris

Misericordiae Tronus

//131//

Sapientiae Thesaurus

Mitissimum et humillimum

Obedientissimum et castissimum

Domus Dei et porta coeli

Pax et reconciliatio nostra

Infinite amans et infinite amandum

Amore vulneratum

In horto anxiatum

Usque ad mortem tristissimum

Sudore sanguineo debilitatum

Usque ad mortem crucis obediens factum

Opprobriis saturatum

Propter scelera nostra attritum

Lancea perforatum

In cruce sanguine exhaustum

Refugium peccatorum

Fortitudo justorum

Consolatio afflictorum

Robur tentatorum

Faervor daemonum

Sanctificatio cordium

Perseverantia bonorum

Salus in Te sperantium

//132//

Requies animarum sanctarum  
 Refugium nostrum in tribulatione  
 Salus et spes in Te morientium  
 Gaudium et deliciae bonorum  
 Rex et centrum omnium  
 Agnus Dei qui *etc.*: ter  
 Iesu audi nos, Iesu exaudi nos  
 Kyrie eleyson, Chryste *etc.*

**V.** Discite a me, quia mitis sum et humilis corde.

**R.** Et invenietis requiem animabus vestris.

**V.** Cor Iesu Sacratissimum miserere nobis.

**R.** Ut digni efficiamur te toto corde amare.

**Oremus**

Placeat tibi, Sanctissime Iesu, qui voluisti divinum cor Tuum lancea aperiri, sic cor meum sancti amoris Tui lancea ferire, ut nihil queat velle, nisi quod Tu vis. Ingrediatur, Domine, anima mea vulnus cordis Tui, et rejiciens a memoria omnium rerum visibilium figuras, ad Te solum respiciat, et Te solum in omni re praesentem habeat, qui vivis et regnas cum Deo *etc.* Amen.

//133//

**Litaniae  
 Sacratissimi Cordis Mariae**

Kyrie eleyson – Chryste eleyson – Kyrie eleyson

Iesu audi nos – Iesu exaudi nos.

Pater de coelis Deus

Fili Redemptor mundi Deus

Spiritus sancte Deus

Sancta Trinitas unus Deus

Cor Mariae:

Virginitatis flos

*Divinum amorem impetra nobis*

Ab originali labe praeservatum

Semper immaculatum

Gratiae plenum

Inter omnia corda benedictum

Sanctissimae Trinitatis sacrarium

Cordi Iesu simillimum

In quo Iesus sibi complacuit

Humilitatis abyssus

Sedes misericordiae

Divini amoris incendium

Bonitatis oceanus

Puritatis et innocentiae miraculum

//134//

Speculum omnium divinarum perfectionum in quo sanguis  
Iesu praetium Redemptionis nostrae formatum est  
Desideriis tuis, mundi salutem accelerans \*ratione  
peccatoribus impetrans  
Verba Iesu fidelissima<sup>44</sup> conservans  
Doloris gladio transfixum  
In passione Christi afflictissimum  
Christo Crucifixo cruci confixum  
Mortuo Iesu moerore consepultum  
Iesu resurgente gaudio reclinatum  
In ascensione Iesu ineffabili dulcedine delibuit  
In descensu Spiritus Sancti  
Nova gratiarum plenitudine cumulatum  
Consolatio afflictorum  
Refugium peccatorum  
Spes ac dulce praesidium  
In homines materno flagrans amore  
Agonizantium auxilium  
Angelorum ac sanctorum omnium júbilus  
//135//  
Cor Mariae, Divinum amorem impetra nobis.  
Agnus Dei qui tollis *etc.* ter  
Iesu audi nos, Iesu exaudi nos.  
Kyrie eleyson, Chryste eleyson. *etc.*

V. Cor Mariae, cor fidele

R. Amore quo ardes, fac ut ardeat cor nostrum.

**Oremus**

Clementissime Deus, qui ad peccatorum salutem, miserorumque  
refugium, Cor Sanctissimum et immaculatum Mariae divino Cordi filii sui Iesu  
Christi charitate ac misericordia simillimum esse voluisti, concede, ut qui hujus  
dulcissimi et amantissimi Cordis memoriam agimus, ejusdem meritis,  
secundum Cor Iesu inveniri mereamur; per eundem, *etc.*

***Oratio quotidiana ad Beatam Virginem Mariam.***

O Domina mea, Sancta Maria, me in Tuam benedictam fidem, ac  
singularem custodiam; et in sinu //136// misericordiae Tuae hodie et quotidie,  
et in hora exitus mei, animam meam et corpus meum, Tibi commendo; omnem  
spem et Consolationem meam, omnes angustias et miseras meas, vitam et  
finem vitae meae Tibi commito, ut per tuam sanctissimam intercessionem et  
per Tua merita, omnia mea dirigantur et disponantur opera secundum Tuam  
Tuique Filii Voluntatem et meam necessitatem. Amen.

---

<sup>44</sup> fidelissime

***Alia***

Memorare, piissima Virgo Maria, non esse auditum a saeculo, quemquam ad Tua currentem praesidia, Tua implorantem auxilia, Tua petentem suffragia esse derelictum. Ego tali animatus confidentia, ad Te, Virgo Virginum, Mater, curro; ad Te venio, coram Te gemens peccator assisto. Noli, Mater Verbi, verba mea despiciere, sed audi propitius et exaudi me propter nomen Tuum dulcissimum. Maria, Maria, ora pro me Filium Tuum. Amen.

//137//

**Litaniae De Passione Domini.**

Kyrie eleyson – Chryste eleyson – Kyrie eleyson

Iesu audi nos – Iesu exaudi nos.

Pater de coelis Deus

Fili Redemptor mundi Deus

Spiritus sancte Deus

Sancta Trinitas unus Deus

Iesu, Sapientia aeterna

Iesu, Fili Dei vivi

Iesu, Fili Virginis Mariae

Iesu, contumeliis vexate.

Iesu:

Rex mitis in Hierosolimum ingrediens

Triginta argenteis vendite

Ad discipulorum pedes inclinate

In oratione prostrate

Ab Angelo confortate

In agonia sanguineo sudore perfuse

Osculo a Iuda tradite

//138//

A ministris ligate

A discipulis derelictae

Annae et Caiphae praesentate

A falsis testibus acusate

Colaphis caese

A Petro ter negate

Vinctus Pilato tradite

Ab Herode sprete et illuse

Flagellis caese

Propter scelera nostra attrite

Spinis coronate

A Iudeis ad Crucem postulate

Morte turpissima condemnate

Crucis pondere gravate

*Miserere nobis*

Tanquam ovis ad occisionem ducte  
Clavis in cruce confixe  
Cum iniquis reputate  
Felle et aceto in siti potate  
Spiritus in manus Patris commendans  
Pro nobis in cruce mortue  
Iesu Fili Dei Vivi  
Agnus Dei qui tollis *etc.* Ter  
//139//  
Christe audi nos.  
Christe exaudi  
Kyrie eleyson, Chryste eleyson, Kyrie eleyson  
Pater noster!

V. Et ne nos inducas in tentationem  
R. Sed libera nos a malo  
V. Adoramus te, Christe, et benedicimus tibi  
R. Quia per crucem et mortem tuam redemisti mundum.  
V. Domine exaudi orationem meam  
R. Et clamor meus ad te veniat.  
V. Dominus vobiscum *etc.* R. Et cum *etc.*

***Oremus***

Omnipotens aeternae Deus, qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum, Salvatorem nostrum, carnem sumere et crucem subire fecisti, concede propitius, ut sicut commemorationem Passionis ejus celebramus ita et patientiae ipsius habere documenta, et Resurrectionis consortia mereamur. Per eundem Dominum Nostrum Iesum Christum. Amen.

V. Dominus vobiscum.  
R. Et cum spiritu tuo.  
V. Divinum auxilium maneat s[emper] nobiscum. Amen.

//140//

**Litaniae  
In honorem S[ancti] Josephi**

Kyrie eleyson – Chryste eleyson.  
Pater de coelis Deus  
Fili Redemptor mundi Deus  
Spiritus sancte Deus  
Sancta Trinitas unus Deus  
Iesu Fili Dei vivi,  
Iesu Fili David  
Iesu Fili Virginis Mariae

Sancta Maria:  
 Sancta Dei Genitrix  
 Sancta Virgo Virginum  
 Sancta Maria, sponsa castissimi Ioseph  
 Sancte Ioseph:  
 Adjutorium Mariae simillimum  
 Bajule victimae salutiferae  
 Custos virginitatis Mariae  
 Dux Christi fugientis  
 Exemplar perfectae obedientiae  
 Faber regibus excelsior  
 //141//  
 Gubernator sapientiae incarnatae  
 Hospes Dei peregrinantis  
 Idea consummata iustitiae  
 Lilum intemeratae castitatis  
 Minister magni concilii  
 Nutritie pastoris universi  
 Organum verbi silentis  
 Pater Fili Dei  
 Quaestor thesauri coelestis  
 Redemptor Redemptoris oblatis  
 Servator Salvatoris mundi  
 Tutor noster potentissime  
 Vir virgo Virginis Matris  
 Zelator salutis animarum  
 Sancte Ioseph  
 Agnus Dei qui tollis *etc.* Ter.  
 Christe audi nos  
 Christe exaudi.  
 Kyrie eleyson, Christe eleyson. Kyrie eleyson.  
**R.** Constituit eum Dominum domus suae.  
**V.** Et Principem omnis possessionis suae.  
 //142//

***Oremus***

Deus qui ineffabili providentia beatum Iosephum sanctissimae Genetricis Tuae sponsum eligere dignatus es; praesta quaesumus, ut quem Pastorem veneramus in terris, intercessorem habere mereamur in coelis. Qui vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

**V.** Divinum auxilium maneat semper nobiscum.

**R.** Amen.

**Ad S. Patronum cuius Nomen geris**



O Gloriosissime Sancte Ioseph, inter coeteros mihi dilectissime, quo in sacro Baptismatis fonte in Patronum mihi datus es, in te omnem spem et confidentiam apud Deum patrocinandi colloco, deprecorque, ut pedes meos dirigas in viam pacis, prosperitatis et salutis aeternae, ut nunquam a virtutum tramite ad vitae tuae exemplar discedam; mei quoque in periculis tam animae, quam corporis curam et custodiam suscipe, in coelis pro me ora, in terris me doce, in mortis articulo succurre, et cum Iesu Deo meo, Maria Mater ejus, Sancto Angelo Custode, omnibusque Patronis meis viae vitae aeternae comes ocurre, ut cum iis et tecum partem aeternae gloriae merear in coelis. Per eundem Christum Dominum Nostrum. Amen.

//143//

## Varii Hymni

**In honorem B. Petri Apostolorum principis Responsorium.**

1.

Si vis Patronum quaerere,  
 Si vis potentem vindicem,  
 Quid jam moraris? Invoca,  
 Apostolorum Principem.

O Sancte coeli Claviger,  
 Tu nos praecando subleva,  
 Tu redde nobis pervia,  
 Aulae supernae limina.

2.

Ut ipse multis poenitens,  
 Culpam rigasti lacrymis.  
 Sic nostra tolli poscimus.  
 Fletu perenni crimina.

O Sancte coeli *etc.*

3.

Sicut fuisti ab Angelo,  
 Tuis solutis vinculis.  
 Tu nos iniquis exue,  
 Tot implicatos nexibus.

O Sancte coeli *etc.*

//144//

4.

O firma Petra Ecclesiae  
 Columna flecti nescia  
 Da robur et constantiam  
 Error fidem ne subruat.

O Sancte coeli *etc.*

5.

Romam tuo qui sanguine  
 Olim sacraſti, protege  
 In teque confidentibus  
 Praesta salutem gentibus.

O Sancte coeli *etc.*

6.

Tu rem tuere publicam,  
 Qui te colunt, fidelium,  
 Ne laesa sit contagiis  
 Ne scissa sit discordiis.

O Sancte coeli *etc.*

7.  
Quos hostis antiquus dolos  
Instruxit in nos, destrue,  
Truces et iras comprime  
Ne clade nostra saeviat.  
O Sancte coeli *etc.*

//145//

8  
Contra fruentis<sup>45</sup> impetus  
In morte vires suffice  
Ut et supremo vincere  
Possimus in certamine.  
O sancte coeli *etc.*  
9. Gloria Patri et Filio *etc.*

**Antiphona**

Tu es Pastor ovium, Princeps Apostolorum, tibi traditae sunt claves  
Regni coelorum.

V. Tu es Petra.

R. Et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam.

**Oremus**

Apostolicis nos, Domine, quaesumus Beati Petri Apostoli Tui atolle  
praesidiis, ut quanto fragiliores sumus, tanto ejus intercessionibus et auxiliis  
foveamur, et jugiter Apostolica defensione muniti nec sucumbamus vitiis, nec  
opprimamur adversis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

//146//

**Hymnus de S. Joanne Nepomuceno**

In profunda noctis umbra  
Et gravi caligine  
Lustrat aedem flamma munda  
Sic jubente numine.  
Nocte nascitur Joannes  
Astra coelo devolant.  
Nocte mergitur Joannes  
Astra fumus \*apparant.

2.  
Hinc cor ejus igne flagrans,  
Fortis urit Charitas.  
Hinc ab ejus ore manans,  
Mira prodit suavitas.

---

<sup>45</sup> furentis (furentes)

Nunc amore cor bonorum,  
Ad salutem pertrahit.  
Nunc timore cor malorum  
A gehenna retrahit.

3.

Pauperes solatur aere,  
Derelictis subvenit.  
Non sinis justos jacere  
Damna famae praepedit.  
Per Joannis Sanctitatem  
O Beata Trinitas,

//147//

Mentibus da puritatem  
Corde regnet Charitas. Amen.

**Devotio ad Sanctum [i] Alphonsum, Patriarcham nostrum.**

1.

Iesus Mariae Filius  
Joseph alendus traditur  
Tibique Alphonse praesul  
Pauper relictus mittitur.

2.

Te vox suprema commovet  
Adjutor ut sis orphano  
Tu Iesum in illo suscipis  
Nec non paterne confoves.

3.

Amator Doctor suggerens  
Praecepta vitae parvulis (v.) miseris,  
Timere pro cura Deum.  
Matremque amare virginem.

4.

Ostende nobis de super  
//148// Rectam salutis semitam  
Quae mundus offert spernere  
Ad astra cor attolere.

5.

Rudes Magister erudi,  
Vagosque Pastor convoca.  
Succurre filiis Pater  
Et frange panem parvulis.

6.

Uni sit et trino Deo  
Immensa semper gloria

Qui det ad Alphonsi praeces  
Benignus indulgentiam. Amen.

**Antiphona.**

Docebo vos viam bonam et rectam, timete Deum et servite ei in veritate.

Reg. 12

**V.** Qui misericordiam habet, docet et erudit.

**R.** Quasi Pastor gregem.

**Oremus**

Deus qui venerabilem famulum servum Tuum Alphonsum Pontificem insigni charitate praeventum //149// ad pium ignorantes docendi et pauperes evangelizandi munus vocare dignatus es, praesta quaesumus, ut ejus intercessione in studio verae justorum sapientiae proficientes, nihil scire et amare quaeramus, nisi Iesum Christum crucifixum Filium Tuum. Qui tecum vivit et regnat in saecula saeculorum. Amen.

HIMNUS

De SS. Eucharistiae Sacramento per Octavam Corporis Christi cani solitus.

Lauda Sion Salvatorem  
Lauda ducem et Pastorem  
    In hymnis et canticis.  
Quantum potes, tantum aude,  
Quia major omni laude,  
    Nec laudare sufficis.  
Laudis thema specialis,  
Panis vivus et vitalis,  
    Hodie proponitur.

//150//

Quem in sacrae mensa Coenae,  
Turbae fratrum duodenae,  
    Datum non ambigitur.  
Sit laus plena sit sonora  
Sit jucunda sit decora  
    Mentis jubilatio.  
Dies enim solemniter agitur,  
In qua mensae prima recolitur  
    Hujus institutio.  
In hac mensa, novi Regis  
Novum pascha, novae legis  
    Phase vetus terminat.  
Vetustatem novitas,  
Umbram fugat veritas,

Noctem lux eliminat.  
Quod in coena Christus gessit,  
Faciendum hoc expressit,  
In sui memoriam.  
Docti sacris institutis  
Panem vivum in salutis  
Consecramus hostiam.  
Dogma datur Christianis  
Quod in carnem transit panis  
Et vinum in sanguinem.  
//151//  
Quod non capis, quod non vides  
Animosa firmat fides  
Praeter rerum ordinem.  
Sub diversis speciebus  
Signis tantum et non rebus  
Latent res eximiae.  
Caro cibus, sanguis potus,  
Manet tamen Christus totus,  
Sub utraque specie.  
A sumente non concisus  
Non confractus, non divisus,  
Integer accipitur.  
Sumit unus, sumunt mille  
Quantum isti tantum ille,  
Nec sumptus consumitur.  
Sumunt boni, sumunt mali,  
Sorte tamen inaequali  
Vitae vel interitus.  
Mors est malis, vita bonis,  
Vide paris sumptionis,  
Quam sit dispar exitus.  
Fracto demum Sacramento,  
Nec vacilles, sed memento  
[tantum esse sub fragmento]  
Quantum toto tegitur.  
//152//  
Nulla rei fit scissura,  
Signi tantum sit fractura,  
Qua nec status nec statura  
Signati minuitur.  
Ecce panis Angelorum  
Factus cibus viatorum,  
Vere Panis Filiorum

Non mittendus canibus.  
In figuris praesignatur  
Cum Isaac immolatur,  
Agnus Paschae deputatur.  
Datur Manna patribus.  
Bone Pastor, Panis vere!  
Iesu nostri miserere.  
Tu nos pasce, nos tuere,  
Tu nos bona fac videre  
In terra viventium.  
Tu, qui cuncta scis et vales,  
Qui nos pascis hic mortales,  
Tuos ibi commensales,  
Coheredes et sodales  
Fac sanctorum civium. Amen.

//153//

**Psalmus 73**

*Qui solet dici die Martis et die Jovis post prandium.*

Ut quid Deus repulisti in finem, iratus est furor Tuus super oves pascuae tuae?

Memor esto congregationis Tuae, quam possedisti ab initio.

Redemisti virgam haereditatis Tuae, mons Sion in quo habitasti in eo.

Leva manus Tuas in superbias eorum in finem; quanta malignatus est inimicus in sancto!

Et gloriati sunt, qui oderunt Te, in medio sollemnitatis tuae.

Posuerunt signa sua, signa; et non cognoverunt sicut in exitu super summum.

Quasi in silva lignorum securibus exciderunt januas ejus in idipsum; in securi et ascia dejecerunt eam.

Incenderunt igni Sanctuarium Tuum; in terra polluerunt tabernaculum nominis Tui.

//154// Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul; quiescere faciamus omnes dies festos Dei a terra.

Signa nostra non vidimus, jam non est Propheta; et nos non cognoscet amplius.

Usquequo, Deus, improperebit inimicus; irritat adversarius nomen Tuum in finem?

Deus autem Rex noster ante saecula; operatus est salutem in medio terrae.

Tu confirmasti in virtute Tua mare; contribulasti capita draconum in aquis.

Tu confregisti capita draconis; dedisti eum escam populis Aethiopum.

Tu diripuisti fontes et torrentes; Tu siccasti fluvios Ethan.

Tuus est dies, et Tua est nox; Tu fabricatus es auroram et solem.

Tu fecisti omnes terminos terrae; aestatem et ver Tu plasmasti ea.

Memor esto hujus: inimicus im- //155// properavit Domino; et populus insipiens incitavit nomen Tuum.

Ne tradas bestiis animas confitentes Tibi; et animas pauperum Tuorum ne obliviscaris in finem.

Respice in testamentum Tuum; quia repleti sunt qui obscurati sunt terrae domibus iniquitatum.

Ne avertatur humilis factus confusus; pauper et inops laudabunt nomen Tuum.

Exsurge, Deus, judica causam Tuam; memor esto improperiorum Tuorum, eorum quae ab insipiente sunt tota die.

Ne obliviscaris voces inimicorum Tuorum; superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto, sicut erat in principio nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

//156//

#### Die Jovis

Sequentia Sancti Evangelii secundum Joannem.

Ante diem festum Paschae, sciens Iesus quia venit hora ejus ut transeat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et coena facta, cum diabolus jam misisset in cor ut traderet eum Judas Simonis Iscariotae, sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, et quia a Deo exivit, et ad Deum vadit, surgit a coena, et ponit vestimenta sua, et cum accepisset linteum, praecinxit se. Deinde mitit aquam in pelvim, et coepit lavare pedes discipulorum, et extergere linteo, quo erat praecinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus: //151// Domine, tu mihi lavas pedes? Respondit Iesus, et dixit ei: quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea. Dicit ei Petrus: Non lavabis mihi pedes in aeternum. Respondit ei Iesus: Si non lavero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus: Domine, non tantum pedes meos, sed et manus, et caput. Dicit ei Iesus: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: propterea dixit: Non estis mundi omnes. Postquam ergo lavit pedes eorum, et accepit vestimenta sua, cum recubisset iterum, dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me //158// Magister et Domine, et bene dicitis: sum etenim. Si ergo ego lavi pedes vestros Dominus et Magister, et vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis.

*Statim sequens Psalmus orabitur, et interea Superior prostratus humi osculat pedes.*

#### Psalmus 21

Deus Deus meus, respice in me; quare me dereliquisti? Longe a salute



mea verba delictorum meorum.

Deus meus, clamabo per diem, et non exaudies; et nocte, et non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas; laus Israel.

In te speraverunt patres nostri; speraverunt et liberasti eos.

Ad te clamaverunt, et salvi facti sunt; in te speraverunt et non sunt confusi.

//159//

Ego autem sum vermis et non homo; opprobrium hominum, et abjectio plebis.

Omnes videntes me deriserunt me; locuti sunt labiis, et moverunt caput.

Speravit in Domino, eripiat eum; salvum faciat eum: salvum faciat eum<sup>46</sup>, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre; spes mea ab uberibus matris meae.

In te projectus sum ex utero; De ventre matris meae Deus meus es tu, ne discesseris a me.

Quoniam tribulatio proxima est; quoniam non est qui adjuvet.

Circumdederunt me vituli multi; tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum; sicut leo rapiens et rugiens.

Sicut aqua effusus sum; et dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum tamquam cera liquescens; in medio ventris mei.

//160//

Aruit tamquam testa virtus mea, et lingua mea adhaesit faucibus meis; et in pulverem mortis deduxisti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi; concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas et pedes meos; dinumeraverunt omnia ossa mea.

Ipsi vero consideraverunt, et inspexerunt me; diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem Domine, ne elongaveris auxilium tuum a me; ad defensionem meam conspice.

Erue a framea Deus animam meam; et de manu canis unicam meam.

Salva me ex ore leonis; et a cornibus unicornum<sup>47</sup> humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis; in medio Ecclesiae laudabo te.

Qui timetis Dominum, laudate eum; universum semen Jacob glorificate eum.

//161/ Timeat eum omne semen Israel; quoniam non speravit<sup>48</sup>, neque dispexit deprecationem pauperis.

Nec avertit faciem suam a me; et cum clamarem ad eum, exaudivit me.

---

<sup>46</sup> la ripetizione è del copista.

<sup>47</sup> unicornium

<sup>48</sup> sprevit

Apud te laus mea in Ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu  
timentium eum.

Edent pauperes et saturabuntur; et laudabunt Dominum, qui requirunt  
eum: vivent corda eorum in saeculum saeculi.

Remiscentur et convertentur ad Dominum; universi fines terrae.

Et adorabunt in conspectu ejus: universae familiae gentium.

Manducaverunt et adoraverunt omnes pingues terrae; in conspectu ejus  
cadent omnes qui descendunt in terram.

Et anima mea illi vivet; et semen meum serviet ipsi.

Annuntiabitur Domino generatio ventura; et anuntiabunt coeli justitiam  
ejus populo, qui nascetur, quem fecit Dominus.

Gloria *etc.* Amen.

//162//

### **Die Veneris**

Planctus Beatae Mariae Virginis Dolo[rosae].

Stabat Mater dolorosa,

Iuxta Crucem lachrymosa,

Dum pendebat Filius.

Cujus animam gementem,

Contristatam et dolentem,

Pertransivit gladius.

Quam tristis, et afflicta,

Fuit illa Benedicta,

Mater Unigeniti.

Quae maerebat et dolebat,

Et tremebat cum videbat

Nati poenas inclyti.

Quis est homo, qui non fleret,

Christi Matrem si videret,

In tanto supplicio.

Quis non posset contristari,

Piam Matrem contemplari

Dolentem cum Filio.

Pro peccatis suae gentis,

Vidit Iesum in tormentis,

Et flagellis subditum.

//163//

Vidit suum dulcem Natum

Morientem desolatum,

Dum emisit spiritum.

Eja Mater fons amoris,

Me sentire vim doloris,

Fac, ut tecum lugeam:  
Fac ut ardeat cor meum,  
In amando Christum Deum,  
    Ut sibi complaceam.  
Sancta Mater istud agas,  
Crucifixi fige plagas  
    Cordi meo valide.  
Tui nati vulnerati,  
Tam dignati pro me pati,  
    Paenas mecum divide.  
Fac me vere tecum flere  
Crucifixo condolere,  
    Donec ego vixero.  
Iuxta crucem tecum stare,  
Te libenter sociare,  
    In planctu desidero.  
Virgo virginum praeclara,  
Mihi jam non sis amara,  
    Fac me tecum plangere.

//164//

Fac ut portem Christi mortem,  
Passionis fac consortem,  
    Et plagas recolare.  
Fac me plagis vulnerari,  
Cruce fac inebriari,  
    Ob amorem Filii.  
Inflammatum, et accensum,  
Per te Virgo sim defensum,  
    In die iudicii.  
Fac me Cruce custodiri,  
Morte Christi praemuniri,  
    Confoveri gratia.  
Quando corpus morietur  
Fac ut anima donetur  
    Paradisi gloria. Amen.

V. Ora pro nobis Mater Dolorosissima.

R. Ut digni efficiamur *etc.*

***Oremus***

Deus in cujus Passione, secundum Simeonis prophetiam, //165//  
dulcissimam animam gloriosae Virginis et Matris Mariae doloris gladius  
pertransivit; concede propitius ut qui transfixionem ejus et passionem  
venerando recolimus, gloriosis meritis et praecibus omnium Sanctorum cruci  
fideliter astantium intercedentibus, passionis Tuae effectum felicem

consequamur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus,  
per omnia saecula saeculorum. Amen.

**Die Sabbato**

*Hymnus Beatae Virginis Mariae*

Ave Maris stella  
Dei Mater alma  
Atque semper Virgo  
Felix coeli porta,  
Summens illud ave,  
Gabrielis ore,

//166//

Funda nos in pace,  
Mutans Evae nomen.  
Solve vincla reis,  
Profer lumen coecis,  
Mala nostra pelle,  
Bona cuncta posce.  
Monstra te esse matrem,  
Sumat per te praeces,  
Qui pro nobis natus  
Tulit esse tuus.  
Virgo singularis,  
Inter omnes mitis,  
Nos culpis solutos,  
Mites fac et castos.  
Vitam praesta puram,  
Iter para tutum,  
Ut videntes Iesum  
Semper collaetemur.  
Sit laus Deo Patri  
Summo Christo decus,  
Spiritui Sancto,  
Tribus honor. Amen.

//167//

**In honorem Beati Pauli Apostoli Gentium Doctoris**

Pressi malorum pondere  
Adite Paulum supplices,  
Qui certa largus desuper  
Dabit salutis pignora.  
O Grata Coeli Victima,

Doctorque amorque Gentium.

O Paule, nos te vindicem,

Nos te patronum poscimus.

Nam tu beate concitus

Divini amoris impetu,

Quos insecutor oderas

Defensor inde amplexeris.

O Grata Coeli Victima *etc.*

Non te procella et verbera

Non vincula et ardor hostium

Non dira mors deterruit,

Ne sancto adesses cetui.

//168// O Grata Coeli *etc.*

Amoris eja pristini

Ne sis praecamur immemor,

Et nos supernae languidos

In spem reducas gratiae.

O Grata Coeli *etc.*

Te destruantur auspice

Sevae infernorum machinae,

Te nostra templa publicis

Petila velis<sup>49</sup> insonent.

O Grata Coeli *etc.*

Te deprecante floreat

Ignara damni charitas,

Quam nulla turbent jurgia

Nec ullus error san[...].

O Grata Coeli *etc.*

Qua terra cunque deditur

Iungatur uno foedere,

Tuisque semper effluat

Salubre nectar lateris.<sup>50</sup>

//169// O Grata Coeli *etc.*

Te velle quod impetrat

Det posse summus arbiter

Ne fluctantes horridae

Caligo noctis obruat.

Gloria Patri *etc.*

---

<sup>49</sup> petita votis

<sup>50</sup> litteris

**Benedictio Mensae**

Angelus Domini, *etc.*

Oremus pro fidelibus def[unctis].

\*Pet. St.

**V.** Benedicite. **R.** Benedicite.

Oculi omnium in te sperant Domine, et tu das illis escam illorum in tempore oportuno; aperis tu manum tuam, et imples omne animal benedictione.

//170// **V.** Gloria *etc.* **R.** Sicut erat *etc.*

**V.** Kyrie eleyson. **R.** Christe eleyson. Kyrie eleyson.

**V.** Pater noster. **R.** Et ne nos *etc.*

**Oremus**

Benedic, Domine, nos et haec Tua dona, quae de Tua largitate sumus sumpturi.

Per Christum Dominum Nostrum. Amen.

**V.** Iube, Domine, benedicere.

**R.** Mensae coelestis participes nos faciat Rex aeternae gloriae.

**Gratiarum actio**

**V.** Confiteantur Tibi, Domine, omnia opera tua.

**R.** Et sancti Tui benedicant Tibi.

Gloria Patri, *etc.*

//171// Agimus Tibi gratias, omnipotens Deus, pro universis beneficiis Tuis, qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

**V.** Laudate Dominum. **R.** Quoniam confi[rmata] *etc.*

**V.** Gloria Patri. **R.** Sicut erat in pr[incipio] *etc.*

**V.** Kyrie eleyson. **R.** Chryste *etc.* Kyrie:

Pater.

**V.** Et ne nos inducas. **R.** Sed libera *etc.*

**V.** Dispersit, dedit pauperibus.

**R.** Iustitia ejus manet in saeculum saeculi.

**V.** Benedicam Dominum in omni tem[pore].

**R.** Semper laus ejus in ore meo.

**V.** In domino laudabitur anima mea.

**R.** Audiant mansueti et laetentur.

**V.** Magnificate Dominum meum.

**R.** Et exaltemus ejus nomen in idipsum.

**V.** Sit nomen *etc.* **R.** Ex hoc et *etc.*

**V.** Retribuere dignare, Domine, //172// omnibus nobis bona facientibus propter nomen Tuum vitam aeternam. **R.** Amen.

**V.** Benedicamus Domino. **R.** Deo gra[tias].

**V.** Et fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace.

**R.** Amen.

V. Deus det nobis suam pacem.  
R. Amen.

**Ante Coenam.**

Benedicite, Benedicite.

V. Edent pauperes, [et] saturabuntur et laudabunt Dominum qui  
requirunt eum; vivent corda eorum in saeculum saeculi.

V. Gloria Patri. R. Sicut erat, reliqua ut supra *etc.*

V. Iube, Domine, benedicere.

//173// Ad coenam vitae aeternae perducatur nos Rex aeternae gloriae.

**Post Coenam**

V. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator Dominus.

R. Escam dedit timentibus se.

V. Gloria Patri *etc.* R. Sicut erat *etc.*

Benedictus Deus in donis suis et sanctus in omnibus operibus suis, qui  
vivit et regnat in saecula saeculorum.

Laudate, ut reliqua *et etc.*

***In Nativitate ante mensam.***

V. Et Verbum caro factum est, alleluia.

R. Et habitavit in nobis, alleluia.

//174// ***Post Mensam***

V. Notum fecit Dominus, alleluia.

R. Salutare suum, alleluia.

***In Epiphania ante mensam.***

V. Reges Tharsis et Insulae munera offerent, alleluia.

R. Reges Arabum et Saba dona adducent,<sup>51</sup> alleluia.

***Post mensam.***

V. Omnes de Saba venient, alleluia.

R. Aurum et thus offerentes. Amen.

[//177//]

INDEX

Constitutiones Novitiorum. Proemium	1
Idea Novitiatus	2
De affectu et propensione Novitiorum erga vocationem et institutum	5
De subiectione et obedientia erga Magistrum, et de charitate	

---

<sup>51</sup> adducent

seu sinceritatae Conscientiae cum eodem	10
De mortificatione et humilitate	15
De bono exemplo et Charitate	20
De exercitiis quibus omni die Novitii occupabuntur	23
Ordo quem in Choro, in Sacristia et in Ecclesia observandum habent	29
Ordo in Refectorio observandus	33
Ordo in cubiculis observandus	40
Ordo extra cubiculum in Collegio observandus	44
Ordo in recreationibus omnis generis observandus	45
Ordo extra Collegium observandus	47
Ordo observandus, quando communiter exercitium quodcumque manuale fa[ciunt]	48
Quomodo se gerere debent cum saecularibus	49
Ritus investiendi	52
Ritus pro oblatione	83
Professionem faciens	91
Praeces matutinae ante meditatio[nem]	99
Post meditationem	101
Ante prandium, et post pran[dium]	103
Praeces Vespertinae	105
Psalmus 90mus Qui habitat	113
Oratio ad Beatissimam: Sanctissima	116
Praeces pro disciplina	118
De praxi virtutum et S[anctis] Protectoribus	124
Septem dona Spiritus Sancti	128
Litaniae sacratissimi Cordis Iesu	130
Litaniae Sacratissimi Cordis Mariae	133
Litaniae de Passione Domini	137
Litaniae in honorem S. Josephi	140
Hymnus ad S. Petrum et Paulum	143
Hymnus ad S. Joannem Nepom[ucen]o	146
Devotio ad S. Alphonsum: Iesus	147
Lauda Sion Salvatorem	149
Ut quid Deus repulisti me	153
Evangelium S. Joannis: Ante diem festum Paschae	156
Deus, Deus meus, respice in me	158
Stabat Mater Dolorosa	162
Ave Maris Stella	165
Deus mi Sapiencia	106
Sucurre summo Pontifici	115
Ad santum Patronum cujus nomen geris, vel ad alium	142



## SUMMARY

The texts now published: 1. *Devotio oder Andacht sowie dieselbe in der deutschen National-Kirche des heil. Benno von denen Priestern aus der Versammlung des Heiligsten Erlösers an jedem Sonn-und Feyertagen, durch ganze Jahr gehalten wird*; 2. *Constitutiones Novitiorum Congregationis Sanctissimi Redemptoris et ordo actionum pro anno eorum probationis*, have been found years ago in the library of the Metropolitan Seminary of Warsaw. They are of particular value because we have discovered material which enables us to have a deeper knowledge of the formation of the Redemptorists at St. Benno's in Warsaw and their pastoral work.

*Devotio oder Andacht* provides us with prayers and hymns, usually complete with the music, which the German speaking faithful used in the Church of St. Benno's. A parallel text in Polish has not yet been found. But there are indications that the content of the celebration of the mystery of salvation during the liturgical year, the cult of Our Lady and devotion to the saints laid down by our Constitutions, by tradition and because of local needs were the same. During the 1990's the author found in Paris a text of devotions practised in Jestetten: *Gebet- und Gesang-Buch* which to a great extent is identical with the text *Devotio oder Andacht*.

We have knowledge of the *Constitutiones Novitiorum* existing in Warsaw at least from the year 1795, thanks to a copy made by a novice not later than 1804. The text of these Constitutions is neither identical with the Constitutions of the Chapter of 1764, nor that of 1785, nor that of 1793. These Constitutions are not identical either with the *Direttorio della Congregazione del SS. Redentore per i novizi* which are in the Historical Archives of the CSSR, to which is added the note: *Rev.mo P. Vicar. Gen. Gehörig* (the only Directory recovered, although there should be another eight). Neither are they identical with the *Regula novitiorum Congregationis Sanctissimi Redemptoris, Romae 1856*. The Constitutions now published were in use in the Noviciate in Warsaw and probably in the other Houses of formation in the time of St. Clement. These *Constitutiones Novitiorum* of the Redemptorists of St. Benno's in Warsaw deserve to be deeply studied in order to understand how much they are based on the Capitular Constitutions and the Redemptorist traditions. They enable us also to appreciate the asceticism, the spirituality and the devotion to the Founder, the Venerable Alphonsus M. de Liguori. They also enable us to better understand the ideals which the candidates for the Congregation of the Most Holy Redeemer had to embody. The second part: *Ordo actionum pro anno eorum probationis*, allows us to follow the daily life of the novice during his year of formation. In the *Constitutiones Novitiorum* are included the *Rites* of clothing

and religious profession. These are almost identical with the *Rites* preserved in the General Historical Archives CSSR. These texts have been waiting many years for publication. The 250<sup>th</sup> Anniversary of the Congregation “beyond the Alps” provides an appropriate occasion to get to know them.